



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt
quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales
non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum
assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ
oraculis, & Sacr. ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1707

Appendix Decisionum Selectarum Sacræ Rotæ Romanæ, Quæ per
extensum positæ sunt ad comprobandum, & fulciendum plura, quæ toto
in hoc Opere continentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)

APPENDIX
DECISIONUM
SELECTARUM
SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ,

*Quæ per extensum positæ sunt ad comprobandum, &
fulciendum plura, quæ toto in hoc
Opere continentur.*

R. P. D. TAJA.

*Valven. Præminentiarum.
Mercurii 5. Maii 1660.*

ARGUMENTUM.

Episcopus duarum Cathedralium æquæ,
& principaliter unitarum, potest unum
tantum Vicarium Generalem pro utra-
que constituere, & carceratos Clericos
unius Diœcesis ad carceres ubi residet
transmittere valet.

SUMMARIUM.

1. Episcopus duarum Ecclesiarum æquæ
principaliter unitarum, unum tantum
Vicarium Generalem tenetur habere.
2. Episcopus cogi non potest ad retinendum
Vicarium Generalem.
3. Ecclesia Valven. an sit dignior, quam
Sulmonen non constat.
4. Episcopus duarum Ecclesiarum æquæ,
& principaliter unitarum, potest
Clericos carceratos unius Diœcesis ad
carceres ubi residet transmitti facere,
quando locus valde non distat, &
causa non est modica.

DECISIO I. Die 21.

Feb. 1696.

EX Commissione in Signa-
tura Sanctissimi Domini
Nostri, ut Sacra Congregatio
Concilii procederet cum voto
Sacræ Rotæ proposui dubium
super quinque de pluribus ejus-
dem decretis die 13. Augusti,
& 4. Septembris 1650. inter
Episcopos, & Capiculum con-
troverfis, an, & quæ decreta
sint executioni demandanda,
& non informante Episcopo,
nisi super duobus, visum est
DD. ipsa duo non esse execu-
tioni demandanda.

Alterum fuit Episcopum pro
causis Diœcesanorum Valven.
deputare debere Vicarium Ge-
neralem in Diœcesi Valven.

2. Et visum est executioni
non demandandum, quia cum
Valven. & Sulmonen. istæ duæ
Ecclesiæ sint inter se æquales,
& utraque Cathedralis, ut di-
xit Rota in Sulmonen. Status
Cathedratici die 18. Maii 1626.
§. Quibus non obstat, cor. Man-
zanedo, quamvis cujuslibet jura

Z 4 inte-

*reproposi-
ta in ius-
tolicau-
sa in S.
Congreg.
Concil.
fuit reso-
luti Di-
creta S.
Cong. esse
exequen-
da juxta
Votum
Rota.*

*Die 5.
Maii
1696. re-
proposita
Causa su-
per 3. du-
bio S. Co-
greg. re-
spondit.*

Posse
transpor-
tari in
carcere
Sulmo-
nen.

integra remaneant, respectu tamen Episcopi reputantur una Diocesis, & potest in una residendo, explere factum alterius: atque ita videtur etiam posse in uno tantum Episcopatu Vicarium constituere, ad quem accedere debeant Subditi utriusque Diocesis, ut post Rebuff. Barbof. *de offic. & potest. Episc. alleg. 54. sub n. 131. Gratian. discept. 655. num. 44. & seqq. post Rot. cor. Cavaler. decis. 418. num. 2. & seqq. & decis. 537. num. 7. & 8. tom. 3. part. 4. recent.*

2. Et multò magis poterit Episcopus tenere unum Vicarium, ubi voluerit quia in facultate illius est, an velit, vel nolit eum retinere, cum non possit cogi ad retinendum Vicarium, ut prosequitur Gratian. *d. disceptas. 655. num. 47. cum alleg.*

3. Nec obstare visum est quod Ecclesia Valven. dicatur dignior quàm Sulmonen. quia quænam sit dignior (multis hinc inde prolatis, & inter has ipsas Ecclesias, Gratian. *tota, & longa discept. 893.*) DD. non convenerunt, cum essent quibus dignior videretur Valven. & quibus neutra, & quibus nihil, non disputata quæstione, cum sit utraque Cathedralis, & æquè principaliter sint unitæ, & utrolibet resideat Episcopus, & jam dudum in Sulmonen. & ex concordia approbata à Sac. Congr. Episcoporum 1. Decembris 1628. in præcedentiis non habeatur respectus, cujus Ecclesiæ sint Canonici, sed antianitatis ordo observeretur, ita quod antiquiores in receptione sive in una, sive in alia dictarum Ecclesiarum Canonici, alios recentiores Canonicos in publicis functionibus præcedant, omnisque prioritatis, & posterioritatis contentio aboleatur, perindè, ac si unius, & ejusdem Ecclesiæ Canonici existerent; Præposito tamen Ecclesiæ Valven. excepto, qui, etsi in receptione, recentior extiterit: aliis tamen Ecclesiarum prædictarum Canonici in actibus præcedentibus præferatur &c. in *Summ. Episc. num. 2.*

Alterum fuit Canonicos, & Clericos Diocesis Valven. delinquentes ibi carcerari debere, non autem transportari ad Carceres Civitatis Sulmonen.

Et pariter visum est executioni non demandandum ex infrascriptis.

Etsi enim uni ex DD. placeret admitendum hujusmodi decretum Sacræ Congregationis, ut ex litteris huic Episcopo datis 17. Januarii 1604. videlicet. Cum Superioribus annis Capitulum, & Clerus Valven. sæpius conquesti essent apud Sacr. Congregationem, quod etiam extarent Episcopales Carceres in Palatio Episcopali Valven. ubi Episcopi Vicarius morabatur, nihilominus Episcopus cum aliquis è Diocesi Valven. in Carcerem erat conjiciendus, ad Civitatem Sulmonen. duci mandaret: in maximum eorum damnum, & incommodum, Sacra Congregatio sic respondit Episcopo. Quamvis amplitudo tua Valven. & Sulmonen. Ecclesiæ Dei, & Apostolicæ Sedis gratia præest, ipsam utriusque Civitatem Diocesanas æquè prospicere decet, & propterea cum aliquis ex dictis Valven. in carcerem fuit conjiciendus, non ad Sulmonen. Civitatem ducendus est, sed carceribus Valven. Palatii Episcopalis, ubi amplitudo tua morabitur, mancipari debet, nè accedat icalori carceris, etiam itineris incommodum: ac rerum necessariorum defectus, quas ultra propriam Patriam Consanguinei reis ægré suppeditant id summa æquitas postulat, & ab amplitudinem tam observari mandat, ut apud Barbof. *jur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 25. & 26. & brevius in collect. Doct. apud Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 6. num. 27.* ad rationes in ipsis litteris expressas, & apud Gratian. *discept. 892. num. 9. & seqq.* & nè de Consanguineis, & conterraneis transferantur ferè ad inimicos, & hostes, prout inter finitimos vetus, & antiqua similtas, immortales odium, & nunquam sanabile vulnus perpetuis conditionibus inter has Dioceses, & hos Diocesanos.

4. Tamen contrarium placui aliis ad limites litterarios. Cum amplitudo Episcopalis Valvæ moraretur, ut inquit litteræ, & confert *d. dec. 537. in fin. aut* Epi-

Episcopi Vicarius, ut inquit Barb. quia cum ex deductis ipsæ duæ Ecclesiæ sint inter se æquales, & utraque Cathedralis, ut supra, non est visa distantia considerabilis ad quinque passuum millia, & Rota intellexit aliter procedendum esse tantummodo, quando locus valde distat, & & causa est modica, ut retulit Barbos. *ad cap. 7. de offic. Ord. in 6. num. 6.* post Rot. *in Calciaten. jurisdict.* quæ est *d. dec. 537.* & visum admittere etiam contrarius in ea causa decisa Gratian. *d. discept. 892. n. 8. 12. & tota discept.*

Præsertim, dum ex testimoniis Testium in hoc judicio examinerum apparere visum est in Diœcesi Valven. non esse carceres tutos.

Et ita utraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Mercurii 15. Junii 1661.

SUMMARIUM.

1. Duæ Ecclesiæ Cathedralis æquè principaliter unitæ, licet utraque remaneat Cathedralis, tamen respectu Episcopi reputatur una Diœcesis.
2. Nobilitas, & dignitas differunt inter se.
3. Episcopus duarum Cathedralium, penas, & multas delinquentium applicare debet locis piis Diœcesis delicti.

DECISIO II.

I. IN Decisio 5. Maii 1660. hodie DD. steterunt, & præcipuè ratione, quod Eccl. Valven. & Sulmonen. sunt inter se æquales, & utraque Ecclesia Cathedralis, ut dixit inter has Ecclesias Rot. *in Sulmonen. Status Cathedrali. 18. Maii 1626. §. Quibus non obstat coram Manzanedo cum aliis ibi allegatis.* Et quamvis cujuslibet jura integra remaneant, attamen respectu Episcopi reputantur una Diœcesis, & residendo in una, potest explere factum alterius,

Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 54. n. 131.* Grat. *decis. 665. n. 44.* Rot. *cor. Caval. decis. 418. n. 2. & decis. 537. num. 7. & 8. tom. 3. part. 4. & novissime dec. 191. n. 5. & 20. part. 9.*

2. Et quamvis multa hinc inde deducerentur ad effectum demonstrandi qualis dictarum Ecclesiarum videretur esse major, & earum esset antiquior &c. DD. visum est rejicere hanc contentionem, utpote pertinentem ad aliam quæstionem, quænam earum sit nobilior, non verò ad quæstionem præsentem quænam sit dignior, cum multum differat inter se ex Tull. Verin. 3. apud Tiraquel. *de Nobilit. cap. 8. sub num. 4. & 10. & cap. 20. num. 191.* sed insuper visum est eisdem non scalpere amplius hanc pruriginem, in dua delectat, quicquid exasperat, sed mandare, ut præsentibus Canonici amborum Ecclesiarum, inhæreant vestigiis suorum Prædecessorum, qui jam supra quatuor sæcula anno nempe 1238. die 8. Martii ita sanctè concordarunt: Nos (inquiunt ipsi Patres) Præpositus Ecclesiæ Sancti Pelini, & Capitulum Sancti Pamphili considerantes, quod per discordias, & contentiones multiplices, quas Antecessores nostri, & Nos à longis temporibus retroactis habuimus grandia animarum pericula, & rerum dispendia nobis, & prædictis Ecclesiis provenerunt, habito inter nos communi tractatu, & utilitate communi dictarum Ecclesiarum, & specialiter Ecclesiæ S. Pelini &c. de communi omnium voluntate, ut diximus ordinandum &c. Nos Præpositus, & Capitulum S. Pelini recipimus in Fratres, & Socios nostros in ipsa Ecclesia S. Pelini Canonicos S. Pamphili, & nos Canonici S. Pamphili è converso recipimus in Fratres, & Socios Canonicos S. Pelini: Statuimus, & ordinamus præterà, quod dictæ Ecclesiæ sint una Ecclesia, *in Summ. Sulmonen. num. 6.*

Et recentius prima Decembris 1628. in alia concordia approbata in Sac. Congregatione Episcoporum convenerunt, quod in præcedentis non habeatur respectus, cujus Ecclesiæ sint Canonici, sed antianitatis ordo observetur, esto quod

quod antiquiores in receptione, five in una, five in alia dictarum Ecclesiarum Canonici, alios recentiores Canonicos in publicis functionibus in futurum faciendis præcedant, omnisque prioritatis, ac posterioritatis contentio aboleatur, pèrinde ac si unius, & ejusdem Ecclesiæ Canonici existerent, Præposito tamen Ecclesiæ Valven. & successoribus dignitatem obtinentibus exceptis, qui, etfi in receptione, recentior extiterit, aliis tamen dd. Ecclesiarum Canonici in actis præcedentiæ præferatur &c. in Instrumento publico in *Summ. Positionis Valven. 5. Mail 1660. n. 2.*

3. Ex quibus DD. steterunt in decisis non esse exequendum secundum Decretum in ordine, idest Episcopum pro Causis Diœcesanorum Valven. nec etiam tertium, hoc est Canonicos, & Clericos Valven. ibidem carcerari debere, non autem transportari ad carceres Civitatis Sulmonæ, & ità utraque parte informante. Proclives tamen in exequutionem quinti nempè Episcopum nominari alternatim, sed tantum Pontificalia prima debere exercere in Ecclesia Valven. & insuper in exequutionem octavi, Episcopum teneri multas, & pœnas delinquentium Diœcesis Valven. applicare piis locis ejusdem Diœcesis ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini *cap. 3. de Reformat. sess. 25. ibi --- Locis piis ibi existentibus.*

Et ità super his informantibus tantum Valven. cœtera Decreta, neutra Parte informante, non fuerunt examinata.

E ADEM CORAM R. P. D.
EMERIX DECANO.

Veneris 18. Junii 1694.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum unum tantum Vicarium Generalem pro utraque deputare potest.
- 2 Episcopus non cogitur habere Vicarium, sed potest negotia explere per se ipsum.
Secus de æquitate, & in Diœcesi-

bus multum amplis, vel ubi adeh Consuetudo retinendi, ibi, & m. seqq. & in annot. num. 1.

3 Episcopus duarum Ecclesiarum potest Clericos carceratos in una Diœcesi, transmitti facere ad Tribunal, ubi cursa resider.

Episcopus, potest in quacunq. parte Diœcesis Tribunal erigere, ibi.

4 Episcopus duarum Ecclesiarum aquè principaliter unitarum potest Pontificalia suo arbitrio, prius in una, quam in altera exercere.

5 Nec tenetur deputare distinctos Examinatores Synodales, nisi deputari consueverint.

6 Debet tamen pro unaquaque Cathedrali Canonicum Penitentiarum eligere.

7 Et pœnas, & multas delinquentium applicare locis piis Diœcesi delicti.

DECISIO III.

V Etustissima unio duorum Episcopatum Valven. & Sulmonen. retroactis temporibus acerrimarum litium inter utrumque Capitulum Mater, & Audrix anno 1650. novas peperit controversias inter Capitulum Valven. & Episcopum, super quibus propositis octo dubiis in Sac. Congregatione Concilii, videlicet. Primo: An Episcopus pro medietate anni teneatur residere in Terra Pentimæ, ubi extat Ecclesia Cathedralis Valven. cum Domo Episcopali aequaliter distante ab Ecclesia? Secundo; An Episcopus pro Causis Diœcesanorum Valven. deputare debeat Vicarium Generalem in Diœcesi Valven.? Tertio: An Canonici, & Clerici Diœcesis Valven. delinquentes, debeant ibidem carcerari, & non transportari ad carceres Sulmonen.? Quarto: An Episcopus, qui prius tenetur accedere ad Ecclesiam Valven. teneatur ibidem Pontificalia exercere? Quinto An functiones Pontificales debeant alternatim peragi in dictis duabus Ecclesiis Cathedralibus, & an prius in Ecclesia Valven. uti antiquiori? Sexto: An Episcopus teneatur in dicta Ecclesia Cathedrali

drali Valven. erigere præbendam Pœnitentiariam? Septimò: An in Civitate, vel Diœcesi Valven. sint deputandi Examinatores Synodales distinctè ab illis, qui deputantur in Civitate, & Diœcesi Sulmonen.? Octavò: An idem Episcopus teneatur multas, & pœnas delinquentium Diœcesis Valven. applicare piis locis, & restaurationi Ecclesiarum ejusdem Diœcesis. Prodierunt ab ipsa, Decreta tenoris sequentis. Ad primum sufficere, ut Episcopus in altera parte alterutrius ex Diœcesibus resideat, dum tamen in aliqua ex Ecclesiis suis resideat, temporibus à Sacro Concilio præscriptis *cap. 1. vers. eodem sess. 2. 3.* Ad secundum: Episcopum pro causis Diœcesanorum Valven. deputare debere Vicarium Generalem in Diœcesi Valven. Ad tertium: Canonicos, & Clericos Diœcesis Valven. ibidem delinquentes, ibidem carcerari debere, non autem transportari ad Carceres Civitatis Sulmonæ: Ad quartum: non teneri in actu primi accessus. Ad quintum: non teneri alternatim, sed tantum prima Pontificalia exercere debere in Ecclesia Valven. tanquam digniori. Ad sextum; Episcopum teneri erigere præbendam Pœnitentiariam juxta Decretum Consistoriale. Ad septimum: deputandos esse Examinatores Synodales in Diœcesi Valven. distinctè ab Examinatoribus, qui in Civitate, & Diœcesi Sulmonen. deputantur. Ad octavum: teneri multas, & pœnas delinquentium Civitatis, & Diœcesis Valven. applicare piis locis ejusdem Civitatis, & Diœcesis. Suspensa autem per Signaturam Sanctissimi executione hujusmodi Decretorum, & remissa causa ad eandem Sacram Congregationem cum ordine procedendi eum voto nostri Auditorii, datum fuit in Rota dubium per bon. mem. Cardinalem Taya: An, & quæ Decreta sint exequenda, & informant Episcopo super solis secundo, & tertio, pro eorum dumtaxat non executione responsum fuit per geminas Decisiones editas 5. Maii 1660. & 5. Junii 1661. impressas inter Recent. *decis. 215. & 346. part. 13.* Causaque deinceps filuit ad hæc usque tempora, quibus ego ad

instantiam Capituli in Causa subrogatus, subscripsi dubium totius primordialis disputationis Causæ reintegrativum; an sit standum, vel recedendum à decisis coram bon. mem. Cardinali Taya, & an, & quæ Decreta sint exequenda. Eoque hodiè proposito, Domini posthabito primo, & quarto, in quibus Capitulum manus dedit, censuerunt standum in decisis, & decreta non esse exequenda præter sextum, & octavum.

1. Incipiendo siquidem à decisis, visum non fuit exequendum secundum, quoniam Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum, potest unum tantum deputare Vicarium Generalem, ad quem accedant subditi ambarum Diœcesum, ut tradunt Card. in *Clem. 2. quest. 2. de re script. Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. par. 1. §. 2. sect. 2. subsect. 5. num. 5.* Melphiten. ad Gratian. *discept. 655. num. 4.* Card. de Luca *de jurisd. disc. 22. num. 10. & de præeminent. disc. 7. n. 21.* Posth. *de manur. observat. 53. num. 9.* Barbol. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. num. 129. & seqq.* Frances *de Eccles. Cathedralib. capit. 8. num. 378. & 384.* Rota *decis. 418. num. 3. coram Cavaler. & decis. 2138. num. 12. & seqq. & signanter num. 16. coram Coccino.* Et ratio est, quia licet duæ sint materiales Ecclesiæ, formaliter tamen ratione unionis habentur pro unica *cap. primò ne sede vacant. cap. sicut unire de excessib. Præl. Innocent. in cap. novit in fine de offic. leg. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 29.* Rot. *decis. 477. num. 2. coram Remboldo.*

2. Imò quod plus est, potest etiam nullum habere Vicarium, & negocia explere per semetipsum, ut in *dicta dec. 418. num. 10. coram Cavaler.* Nec obstant auctoritates firmantes, quod Episcopus duarum Ecclesiarum tenetur residere in digniori, & in altera deputare Vicarium Generalem, quia vel procedunt in duabus Ecclesiis separatis ex dispensatione Apostolica existentibus sub gubernio unius Episcopi, ut declarat Rota *disc. decis. 418. num. 11. vers. denique coram Cavaler. vel de æquitate in Diœcesibus multum amplis Gemin. in cap. non potest §. illud autem num. 11. de præbend. in 6. Rot. decis.*

decis. 477. num. 5. coram Remboldo, cuiusmodi non est Ecclesia Valven. ab Episcopali residentia distans per spatium quinque milliarium.

3. Et ex his succedit resolutio Tertii pro non exequutione, quia cum agatur de duabus Ecclesiis unitis, quæ respectu Episcopi habentur pro unica, non sunt delinquentes Canonici, aut Clerici Diocesis Valven. conficiendi in ipsis Diocesis Carceribus, sed transportandi ad Civitatem Sulmonæ, in qua cum Curia residet Episcopus, ut per Merol. *Theolog. moral. par. 3. disp. 7. cap. 6. dub. 9. num. 81.* Card. de Luc. *de iurisdic. disc. 22. num. 9. & 10. de Præminent. disc. 7. num. 21. & in adnot. ad Concil. disc. 4. num. 5. & 6.* potest enim Episcopus in quacumque parte suæ Diocesis Tribunal erigere; & subditorum Causas cognoscere *cap. cum Episcopus, ibique Doctores de offic. Ordin. in 6. Mandol. conf. 27. num. 7. Berrachin. de Episcop. part. 5. lib. 4. quæst. 38. num. 6.* nec sic per indirectum cogi debent alibi, quam in loco suæ residentia vel consueto, Vicarium retinere, vel mittere contra mentem Sac. Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 6. ibi -- *In ejus domo, aut consueto Tribunali procedere teneatur, nec applicantur auctoritates, & decreta Sac. Congregationis Concilii in contrarium allata, quia intelligenda, ac recipienda sunt, prout etiam pleraque loquuntur in casu, quo subsistit consuetudo retinendi distinctum Tribunal, ac Vicarium, in utraque Diocesi, aut maxima sit inter unam, & alteram distantia locorum.*

4. Transeundo autem ad alia visum fuit non exequendum quintum, quia (quidquid sit, an quando agitur de duabus Ecclesiis, æquè principaliter unitis, prout æquè principaliter unitæ præsumi debent Ecclesiæ Valven. & Sulmonen. dum earum unionis litteræ non habentur Rota decis. 2138. num. 6. coram Cocchino, arbitrium sit Episcopi prius in una, quam in altera Pontificalia exercere, etiamsi aliàs altera earum sit dignior (ut affirmare videtur Frances de Eccles. Cathedral. cap. 8. num. 394.) non satis constat de huiusmodi dignioritate Ecclesiæ Valven. non enim illa dimetiri valet ex an-

tiquioritate constructionis, quia præcellentior militat antiquioritas favore Ecclesiæ Sulmonen. sublimitationis, scilicet in Cathedrali; nam usque de anno 499. mentio fit illius Episcopi in Concilio celebrato sub Simmacho Papa, ut refert Gratian. *discept. 893. num. 1. Rot. in Sulmonen. Status Cathedralitici coram Manzanedo inter illius impressas 865. num. 5.* dum vice versa Episcopatus Valven. memoria non extat, nisi de anno circiter 700. prout non obstant Bullæ Summorum Pontificum Ecclesiam S. Pamphili de Sulmona recensentes inter pertinentias Episcopatus Valven. quia vel confunduntur ab aliis anterioribus præsupponentibus Cathedralitatem Sulmonen. vel intelligi possunt de alia Ecclesia ejusdem denominationis, ut responsum fuit in dicta Sulmonen. Status Cathedralitici coram Manzanedo num. 15. nec denique turbant provisiones consistoriales, cum prænominatione seu simplici nominatione Ecclesiæ Valven. peculiare Decretum Sacræ Congregationis Concilii, quod per Episcopos noviter provisos, prius accessus fieret ad eandem Ecclesiam Valven. necnon alia Decreta præcedentiæ favore ipsius prolata, quoniam provisiones consistoriales, ac Decretum super primo accessu, provenire forsitan valuerunt ex eo, quod tunc apud ipsammet Ecclesiam Valven. residere consueverant Episcopi, ut patet ex antiquis positionibus datis in *Summar. Capitulum. 19. & Decretis præcedentiæ derogatum fuit per successivam concordiam anni 1628. præcedentiæ statuente secundum ordinem antianitatis cuiusque Canonici.*

5. Nec simili modo visum fuit exequendum septimum, quia non tenetur Episcopus pro duabus Ecclesiis unitis deputare distinctos Examinatores Synodales, ut tradit Card. de Luca *iurisdic. discurs. 56. num. 6.* sicut non tenetur celebrare distinctam Synodum, Frances de *Eccles. Cath. cap. 8. numer. 370.* ex sæpe dicta ratione, quod respectu Episcopi duæ Ecclesiæ unitæ habentur pro una, præsertim stante consuetudine deputandi unicos Examinatores pro utraque

que Diœcesi, quæ optima dicitur Juris interpretis Text. in cap. cum dilectos de consuetud. & in l. si de interpretatione ff. de legib. & contraria procedunt, ubi pro singulis Diœcesibus deputari consueverunt singuli Examinatores, vel de facto deputati fuerunt, adeò ut in his terminis non sustineatur concursus ad Ecclesiam unius coram Examinatoribus alterius, ut per Rot. dec. 2138. coram Coccin. nu. 6. Per oppositum verò exequendum visum fuit 6. & 8. nam quoad 6. clara, & literalis est dispositio Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 8. necnon Decretum Confistoriale in sequelam ejus emanatum, quoad in omnibus Cathedralibus Ecclesiis instituitur ab Episcopo Penitentiarius aliquis cum unionæ Præbendæ proximè vacaturæ, qui penitentes audiat, & Sacramentum Penitentiaë administret, ut notat Barbol. ad idem Concil. ubi supra, & de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 55. num. 1. & 2. nec officit, quod in Diœcesi Valvensi, vel de gremio Capituli non adsit Doctor, aut licentiatius in Sac. Theologia, vel Jure Canonico, quia satis est, quod instituitur, qui aptior pro loci qualitate reperitur, ex præscripto ejusdem Concilii loco mox allegato ibi -- *Seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperitur.*

7. Et quoad octavum tenetur Episcopus multas, & poenas delinquentium Diœcesis Valven. applicare loci Pii e jusdem Diœcesis ex censura Sac. Concilii Tridentini sess. 25. de reform. c. 3. ibi -- *Quæ locis piis ibi existentibus eo ipso, quod exalta fuerint, assignentur, ut advertit ibi Barbol. num. 27. dicens, quod in pari necessitate melius est subvenire pauperibus loci, in quo habitat Clericus condemnatus, nec adversantur auctoritates circa applicationem hujusmodi, tribuentes arbitrium Episcopo, quia arbitrium intelligi debet intra personas, & locum habitationi delinquentis.*

Et ita utraque Parte informante, ac omnibus Dominis suffragantibus decisum fuit.

EADDEM CORAM EODEM

Veneris 11. Martii 1695.

SUMMARIUM.

1. *Duæ Ecclesiæ Cathedrales aquè principaliter unitæ retinent suas præminentias, & privilegia; sed respectu Episcopi reputantur pro una.*
Et idem unum tantum Vicarium Generalem deputat pro ambabus Diœcesibus, ibi.
2. *Episcopus non cogitur Vicarium habere.*
3. *In actibus facultativis, ut est deputatio Vicarii Generalis non datur consuetudo neque præscriptio.*
4. *Episcopus duarum Ecclesiarum potest transmitti facere carceratos ad locum ubi residet.*
5. *Et Pontificalia exercere in una, vel in altera, prout sibi placet.*
6. *Nec distinctos Examinatores Synodales deputare tenentur.*

DECISIO IV.

EX octo decretis à Sacra Congregatione Concilii editis super totidem dubiis, seu controversiis exortis inter Episcopum Valven. & Capitulum, quorum exequutio per Signaturam Sanctissimi suspensa, & ad eadem Sacram Congregationem remissa fuit cum voto nostri Auditorii, responsum fuit die 5. Maii 1660. & 15. Junii 1661. coram bon. memor. Cardinali Taya, exequendum non esse secundum, & tertium, ac in nova totius causæ discussione post silentium tot annorum, habita, die 18. Junii anni præteriti coram me, suffecto in locum dictæ bon. mem. Cardinalis Taya, omisso examine primi, & quarti, in quibus Capitulum manus dedit, quoad secundum, & tertium dictum fuit standum in decisio, & quoad alia præter-

lex-

sextum, & octavum, non esse exequenda; nunc autem decisione hujusmodi ad trutinam revocata, in omnibus visum fuit standum in decis, quoniam executioni sexti, & octavi jam Episcopus acquiescit; pro non executione autem aliorum subsistunt fundamenta deducta in decisione.

1. Quo enim ad secundum certum est, quod duæ Ecclesiæ vigore unionis etiam æquæ principalis, existentes sub uno Episcopo (quidquid sit respectu ipsarum Ecclesiarum, quæ conservant singulæ suam essentiam, præminentias, ac privilegia secundum auctoritates in contrarium allegatas) respectu Episcopi habentur per unicum cap. 1. *ne sede vacante. c. sicut unire de excessib. Prælat. Rota in Ampuriens. seu Civitaten. unionis 10. Junii 1686. §. Quoniam versic. quoad Episcopum* coram Reverend. D. meo Archiepiscopo Mediolanen. & ideo sufficit, quod Episcopus unum tantum Vicarium Generalem deputet pro ambabus Diocesibus, ut præter vetustiores auctoritates in decis. relatas ex modernioribus tradunt Peregrin. *in prax. Vicar. par. 1. sect. 2. subsect. 5. n. 5. Merol. in Theolog. moral. par. 3. disp. 7. c. 6. dub. 9. n. 73. Ventrigl. par. 2. in prax. Eccles. annot. 14. §. 1. n. 4.*

2. Idque procedit, nedum quando Episcopus residet in Diocesi, verum etiam, quando abesse cogitur ab illa, nam in utroque casu militat eadem ratio unitatis Ecclesiarum, seu Diocesum, quoad semetipsum; Imò sicut ubi residet, nec arctatur ullum retinere Vicarium Generalem, sed potest per se solum causas cognoscere, cæteraque explere negocia suæ Diocesis, ut dixit Rota *decis. 418. sub n. 10. coram Cavaler.* ita etiam absens unum duntaxat Vicarium Generalem relinquere valet, qui vices suppleat sui ipsius.

3. Nec subsistit peculiaris consuetudo Episcoporum Valven. seu Sulmon. retinendi duos Vicarios Generales in utraque Diocesi ex Ughell. *in Ital. Sac. tom. 1. fol. 250. titul. Valven. & Sulmonen. Episcopi*, quia hic non loquitur nominatum de Vicario Generali, sed de Vicario Vicegerente, & sic etiam intelligi valet de Vicario Foraneo. Ultra quod quatenus etiam constaret quandoque Episco-

posprò unaquaque Diocesi deputasse Vicarium Generalem, ex deputationibus hisce, tanquam merè facultativis, nulla adversus ipsos allegabilis est consuetudo, sive præscriptio, ut per Rot. *dec. 306. nu. 3. coram Caputaq. & dec. 418. nu. 9. coram Caval.*

Prout nec regit assumptum dignioritatis Ecclesiæ Valven. ob quam incongruum dicitur, teneri subditos Ecclesiæ Valven. ad Sulmon. accedere pro complemento justitiæ, & sic quodammodo subici Ecclesiæ minùs dignæ, quia vel de dignioritate Ecclesiæ Valven. non satis constat, ut in Decisione firmatum fuit, vel si quæ forsant antiquitùs dignioritas considerari valuisset in Ecclesia Valven. obliterata certè, seu abrogata remansit recentioribus sæculis, ut patet tum ex concordia inter utramque Ecclesiam inita anno 1628. per quam statutum fuit, præcedentiam inter utriusque Ecclesiæ Canonicos dimetiendam secundum ordinem antianitatis uniuscujusque Canonici, non obstante replicatione, quod concordia tangat solum incesum in Processionibus, aliisque similibus functionibus, cæteraque illæsa relinquat, quia hoc ipsum comprobatur, quod non erat in aliis undique certis, & irrefragabilis dignioritas Ecclesiæ Valven. quoniam alias in reliquis præcedentia ipsi positivè tributa fuisset: nec similiter refragante, quod in eadem concordia præcedentia detur Præposito Valven. supra Canonicos Sulmonen. quia id fieri potuit ratione dignitatis Præposituralis; Tum etiam ex traditis per Ughell. *loc. supra cit.* ubi signanter refert, quod quidquid sit (ut sunt ejus præcisa verba) de præteritis temporibus hoc nostro sæculo à Sulmonen. tanquam à digniori Valven. dignitas denominatur.

4. His firmatis respectu secundi planares fit quoad tertium, quod nempe non debent delinquentes Clerici Diocesis Valven. in ejusdem Diocesis carceres detrudi, sed transportari ad carceres Civitatis Sulmonen. in qua residet Episcopus ex auctoritatibus adductis in decis. quibus non officit Text. *in cap. statutum, §. Cum verò de rescript. in 6.* quia loquitur de duabus Ecclesiis, seu Diocesibus inter se distinctis, non autem

de duabus (ut hic) per unionem effectis unica.

5 Prout quoque plana fit quoad quintum, quod Episcopus non tenetur prima Pontificalia exercere in Ecclesia Cathedrali Valven. quia agitur de duabus Ecclesiis æquè principaliter unitis, prout ultrà præsumptionem Juris stantem pro unionem æquè principaliter facta, ut in *decis. 2138. num. 6. coram Coccino* adest ejus actualis agnitio, seu Canonizatio in Brevi super confirmatione concordia, de qua supra edito à san. mem. Urbano VIII. quo stante, in arbitrio residet Episcopi in una vel altera prima Pontificalia exercere, nec regere valet dignoritas Ecclesiæ Valven. quæ ex præfatis sublata fuit, nec consuetudo Episcopi, quæ non probatur; nec probata relevare, tanquam de re ipsiusmet Episcopi merè facultativa.

6. Et denique plana fit quoad septimum, quod cogi nequit Episcopus distinctos deputare Examinatores Synodales pro utraque Diœcesi, prout cogi non valet habere distinctam Synodum, ut tradit *Frances de Eccles. Cathedr. cap. 8. nu. 370.* ex sæpe dicta ratione unicitatis Ecclesiarum, seu Diœcesum respectum Episcopi.

Et ita decisum fuit utraque &c.

Rota est in voto Episcopum non teneri; & respectivè teneri ad petita per Capitulum Valven. prout in suprascriptis Decisionibus per rationes in eisdem latius deductas.

I. Emerix Sac. Rotæ Decano.

ADNOTATIO.

I. Notandum hic est, quod licet Episcopus duarum Ecclesiarum, æquè principaliter, seu accessoriè unitarum, unum tantum Vicarium Generalem regulariter retinere teneatur, ut firmant Decisiones mox relatæ: tamen si una ab altera notabiliter distet, Vicarium Generalem in Diœcesi in qua non residet, deputare debet, ut respondit Sac. Congreg. Concil. in *Gerutinen. & Cariaten. 2. Octobris 1706.* ad quintum, in qua distantia triginta miliarium notabilis ad hunc effectum repu-

tata fuit, & admittit quoque tertia Decisio supra adducta in *9. imò quod plus est, & favet Frances de Eccles. Cathedr. capit. 8. nu. 380. & seqq.*

R. P. D. MATHEJO.

Mediolanen. jurium Paroch.
Veneris 3. Junii 1673.

ARGUMENTUM.

Cura Animarum unius Ecclesiæ Parochialis, potest esse penes plures si sunt in titulum instituti, qui constituunt unum Collegium non minus tribus, & habent commune gubernium.

SUMMARIUM.

- 1 Parochi in administratione Sacramentorum, in exactione oblationum, & funeralium intra fines Parochiæ habent juris assistentiam.
- 2 In jure non repugnat, quod duo, vel plures non possint esse insolidum Curati.
- 3 Plures unius Ecclesiæ Curati, licet non sint sponsi, tamen Sponsum nempe Parochum representant.
- 4 Plures Ecclesiæ Curati provisi in titulum, si non singuli actu, saltem habitu Rectores denominantur.
- 5 Plures Curati unius Ecclesiæ Parochialis quando, & quomodo dicantur constituere Collegium ostenditur, & nu. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Vicario Ecclesiæ Parochialis perpetuo, competit jus privativam quoad curam animarum, etiam quoad illum, cui adhæret Cura radicalis. Vicarius perpetuus habet Curæ exercitium auctoritate juris. ibi.
- 11 Clausula, ut prius, operatur ut nulla inducta dicatur novatio, nec facta mutatio & nu. 12. & 13.
- 14 Ecclesia Parochialis potest erigi in Collegiatam, & Cura remanere penes eum, qui illam antea habebat.
- 15 Executor litterarum Apostolicarum, non

- non potest immutare, seu pervertere formam sibi prescriptam, & sub certis modis limitatam, non obstante Recltoris Ecclesie consensu, & n. 16.
- 17 Beneficium liberum, non potest redigi in servitutem.
- 18 Una Ecclesia potest subesse pluribus independenter diversis respectibus.

DECISIO V.

AB hoc Sacr. Rotæ Auditorio postquam per biennium Sacri Palatii Prefectura vacare me impulit, cum exardescenti cupiditate continuo æstuaarem sub hujusmodi aureo pondere, in quo vere virtus reperitur dorsum meum incurvare, & ad hoc aviditas à meis Condominis discendi assiduis stimulis animum meum excitaret, tandem studiis Rotalibus, & Sacri Palatii negotiis insimul incumbere, genio meo indulgendo, causam pro prima vice proposui aliàs agitam cor. bon. mem. Dunogetto inter Curatos Portionario, & Præpositum, & Canonicos Eccles. S. Babylæ, cujus facti series ita se habet.

Erant consumptis sæculis quatuor Curati Portionarii in Eccles. Parochial. S. Babylæ, quibus innixum erat onus, eam regendi, & gubernandi, & sequuto obitu unius, tempore quo Divus Carolus suam vitam sanctitate, & miraculis illustrabat, de anno 1580. hanc eandem portionem cum aliis tribus incorporavit, illasque ad invicem confudit, itaut imposterum tres solummodò remanere, & in Ecclesie ejusdem gubernio præesse deberent, retenta pro indiviso possessione omnium bonorum, & jurium Parochialium, ut in sumuario præteritæ positionis 14. Martii 1678. num. 1. Qui supponendo eorum voluntates hujusmodi incorporationi, constituerunt Syndicum, & Procuratorem, ut ea, quæ facta erant communia, communi nomine exigerentur, & agerentur, ad hoc, ut Ecclesia utiliùs regi, & gubernari posset, ut in eodem sumuario num. 2.

Post nonnullos annos, nempe de Anno 1587. q. Hieronyma Mazenta in Tabulis Testamentariis hærede univërfa-

li scripta eadem Ecclesie. S. Babylæ, five ejus Rectoribus præsentibus, & pro tempore existentibus, ejusdem onus injunxit, ut in dicta Ecclesia erigeretur Præpositura cum octo Canonicis, & isti quotidie horas Canonicas canere in dicta Ecclesia tenerentur. Et unum ex illis in præpositum, aliosque duos in Canonicos nominavit, adjecta lege, quod Juspatronatus di Præpositi, & quatuor Canonicorum laicis conservaretur, ut in eodem sumuario num. 3.

Juxtà autem formam dispositionis Testamentariæ ejusdem Hieronymæ Archiepiscopus Mediolanensis executioni demandando facultates sibi elargitas à felic. record. Papa Sixto V. in Bulla edita 5. Kalend. Junii 1588. eandem Ecclesiam in Collegiatam erexit, & Præpositum, & octo Canonicos de Juspatronatus instituit, & juxtà præceptum sibi in eadem Bulla injunctum, omnia jura ejusdem Parochis competentia intacta, illæsa, intera, unita, & annexa, tam circa curam animarum, quam circa alia præservavit, ut in eodem sumuario num. 4. & 5.

Verùm cum postea Archiepiscopus decrevit, quod imposterum Dominum Ecclesie, & omnes suppellectiles esse deberent penes Præpositum, & Canonicos, & alia quamplurima firmavit, quæ jurgia, & contentiones inter eosdem Curatos Portionarios, & Præpositum, & Canonicos excitaverunt, itaut de anno 1614. rumor illarum in Rota streperit, & ab eadem de anno 1615. capta fuit resolutio coram bon. mem. Dunogetto ad favorem ejusdem Præpositi, & Canonicorum.

Pendente adhuc lite in Rota cum varia emanaverint hinc inde Decreta in partibus, variæque innoyationes accumulatae fuerint, Signatura sub die 20. Maii 1677. rescripsit -- *Circumscriptis omnibus gestis in partibus post pendentiam litis in Rota, omnia ad Rotam.* Et proposito dubio à R. P. D. meo Calata ju sub die decimaquarta Martii 1678. An Parochis Portionariis S. Babylæ danda sit manentio in possessione totius, & omnimoda

Curæ Animarum, & omnium iurium, & functionum Parochialium privativè quoad Capitulum, nulla capta fuit resolutio; ex quo placuit DD. respondere, quod videretur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis, & revideretur decisio coram Dunozeo. Quo dubio postea per me proposito, & in loco ejusdem subrogato DD. dixerunt. *Constare de bono jure Curatorum etiam ad effectum manutentionis, & declarandam esse decisionem Dunozei, ut infra.*

1 Præclarum, & irrefragabile esse videtur motivum, super quo fundatur resolutio, defumptum ex juris assistentia, quam habent Curati Portionarii in administratione Sacramentorum, in exercitio omnium Actuum, & Jurium Parochialium, in exactione oblationum, ac Funeralium, tam in Ecclesia Parochiali, quam intra fines totius Parochiæ privativè quoad omnes, *cap. dilectus de Cappel. Monac. cap. fraternitatem de Sepult. Marefcot. variar. resolut. lib. 2. cap. 95. num. 12. & seqq. Barbof. de Paroch. part. 1. cap. 22. num. 1. & part. 3. cap. 26. num. 66. Cavalier. decis. 101. num. 1. & coram Zarat. decis. 45. num. 1. & decis. 123. num. 1. decis. 214. num. 6. par. 12. recent.*

2 Tantoque juris fomento assistit inevitabilis illa consideratio, quod tam ante, quam post erectionem Collegiæ, Cura Animarum penes eosdem Portionarios privativè quoad omnes alios continuè extitit. Et hanc veritatem cum discernent clariori lumine DD. in hac nova revisione, in hanc sententiam convenerunt, quod decisio edita coram bon. memor. Dunozeo sub die 25. Maii 1615. esset declaranda in ea parte, in qua firmatum fuit, eosdem Curatos Portionarios esse incapaces ad Curam Animarum, ex quo ista nequeat esse penes plures Curatos, cum monstruosum sit, unam Ecclesiam esse pluribus sponfis destinam; quod cum corruat ex circumstantiis noviter in informationibus in facto examinatis, ut inferius demonstrabo, cessat etiam fundamentum, in quo decisio Dunozei nititur; Cum verè, & realiter isti sint Curati, & ad eos spectat totale, & integrum Curæ Animarum ministerium cum juri-

Monacelli Form. Pars II.

bus, & emolumentis Parochialibus; Quia juri non repugnat, quod duo vel plures non possint esse insolidum Curati in *cap. non ignores, Joan. And. sub num. 3. vers. sed contra de præbend. & dignit. Hostiens. ibi num. 60. Butr. pariter num. 6. Mil. in rector. in verb. Eccl.*

3 Penes quos propriè, verè, & realiter dicitur residere omnimoda cura animalis, & habitua lis, pro qua habenda, non est necessaria formalitas sponsi, sed sufficit titulus perpetuus absque dependentia ab alio Parocho; hoc enim casu isti plures, licet non sint sponsi, tamen repræsentant sponsum, nempe Parochum, & de cætero verè habent Curam ipsam omnimoda, *Innoc. in cap. cum non ignores, num. 1. de præbend. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 20. à n. 142. ad 145.*

4 Dum enim in hujusmodi Ecclesia Parochiali isti tres Portionarii sunt coæquales, & provisi in titulum perpetuum, per concursum ad instar Parochorum, quamvis singuli dici non possint Rectores actu, negari non debet, quod habitu tales denominari non possint; & in ipsis, tanquam in uno corpore conservatur unicitas. *Lotter. de re benef. eodem lib. 1. q. 20. n. 198. in fin.*

5 Militante autem hujusmodi juris assistentia ad favorem eorundem Portionariorum in exercitio functionum, & juri omnium Parochialium, Præpositus, & Canonici conquæri nequeunt, quod Sac. Pagina, & Constitutiones fuerunt neglectæ, mandantes conjugium spirituale esse regulandum cum carnali, quod sicut istud plurimum uno eodemque tempore virorum Consortium abhorret, ita uno solo sponso illud contentum esset debet juxta *Text. in cap. quoniam vers. prohibemus de offic. Ord. cap. cum non ignores de præb. & dignit. & firmat decisio, quæ revidetur in §. ratio est. Considerabant autem DD. istos tres Curatos Portionarios, per se ipsos constituere unum Collegium juxta ea, quæ de novo adducuntur, & quæ in decis. coram bon. mem. Dunozeo examinata haud fuerunt, & stante hujusmodi Collegialitate componente unum corpus integrale, Cura Animarum non residet penes eorum singulos, uti Ecclesiæ sponfos, sed tantummodo remanet penes*

A a unum

unum Collegium, seu corpus ex pluribus membris constitutum, & compositum, & in eo conservatur unitas, & consistit Cura animarum Bald. in leg. 1. num. 5. versic. 7. quaro ff. de offic. Consult. Bellamer. cons. 38. num. 12. vers. cura Parochialis Ecclesie, Card. Tusc. verb. Parochia concl. 96. num. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 20. n. 144. & seq. Et in hoc casu licet sint plures personæ, tamen unus est Curatus, quia omnes habentur loco unius, gl'of. in Canon. nunc autem verb. Diocletiani dist. 21. Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 20. num. 145.

6 Ponderabant insuper DD. quod isti tres Curati non cohonestantur simplici nomine Parochorum, sed fulgent alia qualitate, nempe Portionariorum, ad effectum demonstrandi, quod uti singuli, non fruuntur prerogativa sponsi Ecclesie, sed uti corpus ex pluribus membris conflatum, ita ut istæ tres personæ omnino distinctæ, & separatæ, ac cœquales constituant unum Parochum, & sponsum Ecclesie S. Babylæ, & per consequens, non dicuntur simplices Vicarii, sed veri Parochi, & sponsi Ecclesie, in qua sunt perpetuo intitulati, ut in summario num. 1. & potiuntur jure decimandi, ut in præfenti summario num. 5. nec non jure funerandi, ut in eodem summario num. 6. & demum providentur per concursum, qui non est necessarius, quoties Cura residet penes Capitulum, ut in summario num. 7. Quæ omnia propriè conveniunt illis, qui ministerium Parochorum exercent, & de jure decimandi adsunt. Text. in cap. cum contingat de decimis, & in cap. fin. de Paroch. Rot. coram Comitulo decis. 111. num. 15. & cor. Zarat. decis. 53. num. 2. & de jure funerandi egregiè firmat Barbosa. de Paroch. part. 1. cap. 1. num. 3. & demum de provisione per concursum loquuntur Pac. Jordan. de benefic. lib. 10. tit. 8. de collat. Paroch. num. 64. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 31. num. 22. Gonzal. ad regit. 8. Cancellar. gl'of. 6. num. 158. cum plurib. seqq. Rota decis. 579. num. 2. & decis. 710. num. 1. part. 2. recent. & in Leodien. Paroch. 12. Januarii 1671. §. 1. cor. R. P. D. Calataja.

7 Indubitatum est, istos tres Curatos Portionarios constituere de per se Colle-

gium absque alia superioritate Prælati, quæ de essentia Collegii perneceffe non requiritur, ut firmat Joan. Andr. in cap. cum non ignores num. 2. vers. & si se. Zabari. ibi num. 2. de præben. Archidiacon. in Canon. sicut num. 2. vers. & licet non habeant Prælatum caus. 21. quest. 2. Rom. cons. 436. num. 6. Quod manifeste resultat, nedum ex eo, quod D. Carolus in incorporatione unius portionis cum aliis tribus nunc existentibus præcepit omnia debere esse communia, & pro indiviso, & imperpetuum Ecclesia per tres Curatos Portionarios fegeretur; ac etiam quod ipsi immediate constituerunt Arcam, fecerunt massam communem, & deputarunt Syndicum ad regendum, & administrandum bona communia ad eos spectantia, quod sufficit ad hoc, ut dicatur Collegium, quod non est nisi Cœtus plurium cœqualium non minor tribus commune gubernium habentibus leg. 1. §. quibus ff. quod cuiusque univers. nomin. Innocent. in cap. cum non ignores sub num. 2. de præben. Card. in Clemen. 2. num. 10. de ætate, & qualitat. Abb. in cap. nobis num. 8. vers. quando autem cognoscatur de jure part. Adde. ad Burat. decis. 455. num. 5. ver. Præcipua autem Rota coram Greg. XV. decis. 482. num. 4. & cor. Mantiv. decis. 215. num. 1. in fin. & coram Cavaler. decis. 274. num. 3. & decis. 584. & decis. 585. utrobique num. 2. par. 4. divers. & decis. 673. num. 2. par. 1. recent.

8 Consolidataque eo fortius remanet Basis fundamentalis boni juris, concurrentis ad favorem eorundem Parochorum privativè quoad omnes alios, ex quo tam ante, quam post Collegiatæ erectionem ullo unquam tempore abstinerunt, à ministerio exercendi hanc eandem Curam; Et ante erectionem in dubium revocari nequit, quod penes ipsos existit hoc jus privativè quoad omnes, dum ante illam erant cœquales, Ecclesiam Parochialem possidebant privativè, quoad omnem alium pro indiviso, & in communi, ejusque redditus communi nomine administrabantur, & sic inspecto juris rigore, penes eos uti Collegium formalitas sponsi Ecclesie rectè esse potuit, prout in rei veritate fuit, quia cum agatur de Ecclesia Parochiali, in qua existebant plures cœqua-

coæquales, qui illam possidebant in titulum perpetuum per concursum ad instar Parochorum: etiam sine qualitate Collegii, dici poterant Vicarii perpetui, qui possidebant omnimoda Parochorum jura, remanente qualitate Sponsi apud Episcopum Gonzal. in cap. *veniens* 2. num. 8. Fagnan. in cap. *ex parte* à num. 8. usque ad 28. ubi etiam Barbof. num. 2. & seq. de offic. Vic. Navar. conf. 11. de stat. Monac. num. 3. Ant. de But. conf. 51. num. 12. Garzias de benefic. part. 9. cap. 2. num. 286.

9 Hinc nullo modo obesse posse videtur conf. Oldr. ad 67. cui nitiur decif. bon. mem. *Durozetti*, quia illud habet locum in deputatis temporaliter ad Curam Animarum, idè non adaptatur casui, de quo agitur, nempe in institutis in titulum perpetuum, uti sunt Parochi Portionarii, de quibus loquimur, ut insinuat idem Oldr. ad num. 2. vers. *secus perpetuo*, & explicat Lotter. lib. 1. quæst. 20. num. 142.

10 Verum enim omnem difficultatem de medio tollit ipsa Bulla erectionis, & ex ea inevitabiliter patet, quod isti tres Curati Portionarii ante erectionem Collegiatæ habebant omnimodum, & absolutum jus exercendi omnes functiones Parochiales, & exigendi omnes oblationes, & emolumenta privativè quod quoscunque alios, prout gaudent veri Parochi, dum penes eosdem tres Portionarios, uti prius existerat, mandat Summus Pontifex, quod cura Animarum Parochianorum dictæ Ecclesiæ S. Babylæ imminet; itaut penes eos, de eo tempore, vel imminet cura omnimoda, vel saltem dicebantur Vicarii perpetui hujus Ecclesiæ, & utroque modo illis competit jus privativè quoad omnes alios, ut in exercente omnimodam curam cadere potest, & de Vicariis perpetuis remanente titulo apud alium, pariter compertum est in jure, quod habeant omnimodum jus privativè quoad omnes, etiam quoad illum, cui adheret cura radicalis, qui nequit se in aliquo ingerere sine licentia Vicarii perpetui Abb. in cap. *extirpande* 3. §. *qui vero Parochiale in 2. lectura* num. 15. de præben. Azorius inst. mor. par. 2. lib. 3. cap. 6. qu. 2. propè finem. Et dato quod cura radicalis, & principalis extaret penes Canonicos,

vel Episcopum, isti nequeunt se in Cura Animarum intrmittere invitis Vicariis perpetuis penes quos actualis Cura Animarum residet, ex quo propriè dicuntur hujusmodi Vicarii habere Curæ exercitium auctoritate juris, non autem ab ipso principali Ecclesiæ Rectore, quod egregiè, & latè firmat Barbof. de Parochis par. 1. cap. 1. à num. 56. usque ad 58. & in cap. *ex par. 6.* num. 25. de officio Vicarii Seraph. decif. 1009. num. 5.

11 Quod autem post erectionem Collegiatæ Curati amiserint jus privativum quoad Capitulum, & Canonicos, nullibi docetur, immò contrarium suadet tenor litterarum Sixti V. super hujusmodi erectione in quibus præmissa narratione, quod Ecclesia Parochialis S. Babylæ regi solita erat per tres Rectores Portionarios, transit ad erectionem Collegiatæ hujusmodi verbis effrenatis, ibi -- *Et in ea ultra tres portiones ipsius Ecclesiæ, quæ ut prius subsistant, nec per presentes ullatenus appressæ, vel extinctæ, neque unitæ, annexæ, & incorporatæ, nec confusæ sint, aut censeantur, sed illis in suo pristino statu remanentibus, itaut illas pro tempore obtinentibus Curæ Animarum Parochianorum dictæ Ecclesiæ S. Babylæ imminet.* Dum enim Summus Pontifex imperat, quod tres Portiones Curatæ subsistant, & in eorum robore, remaneant, ut prius, necesse est, ut nulla circa eas contigerit novatio, nec in substantia, nec in qualitate, cum hoc importet indoles clausulæ, ut prius l. *proponebatur ff. de Judic.* Perpensis maximè sequentibus verbis -- *Sed illis in suo pristino statu remanentibus, quæ magis præferunt, & manifestant enixam Papæ voluntatem, conservandi Rectoribus Curatis statim, in quo tunc sive de jure, sive de facto reperiebantur.* Ita ut nulla fieri debeat mutatio, Laderch. conf. 95. n. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 38. n. 227. Posth. de manut. observ. 73. n. 2. & seqq. Rot. dec. 193. num. 9. par. 3. recent.

12 Quamobrem cum ex his appareat, Pontificem erigentem voluisse Curam Animarum remanere penes eosdem Curatos, & ab ea exclusisse Capitulum, & Canonicos, uti facere potuit, vel ipsam Episcopo, vel Capitulo, vel aliis trade-

re, ut observat Felin. in cap. in nostra sub num. 15. de rescriptis, & hoc jus eisdem Portionariis præservaverit, nullo modo Canonicis, & Capitulo hoc jus competit, quia si ad illos illam transferre voluisset expressè eisdem ad dictam Curam nominasset: Et talis est natura præservationis prioris status, ut non permittat illum in aliquo immutari, Innoc. in cap. dilectus, num. 4. vers. Monialium, ibique Abb. num. 9. de Capell. Monach. Anchar. conf. 404. num. 9. Rot. coram Dunozeo Jun. decis. 762. num. 8. & in rec. decis. 150. num. 11. & 12. par. 5.

13 Unde ex mente Pontificis Cura Animarum manet, sicut antea erat penes portionarios, & ipsi manent in suo statu, & honore, & propria jura agnoscunt, & gaudere debent eorum privilegiis uti antea Bullam erectionis fruebantur; Et dum Summus Pontifex noluit quidquam Parochis demere; Ita nullum jus Canonicos transferre voluisse censetur Barbol. de potest. Episcop. par. 3. allegat. 66. num. 46. Garzias de benefic. par. 12. cap. 2. num. 37. Mandos. ad regul. 12. Cancell. q. 1. num. 4. Rota in Toletana Depopulationis de Uzeda 7. Februarii 1661. §. finali coram hon. mem. Verospio.

14 Nec reperiri videtur repugnantia inter statum Collegialitatis, & statum Parochialitatis itaut in eadem Ecclesia infimal uniri non possit, absque eo quod inter se confundantur; Et juri non repugnat, quod Ecclesia Parochialis erigatur in Collegium, & nihilominus Cura non transferatur in dignitatem, aut Collegium, sed remaneat penes eum, qui illam antea habebat, Corrad. in prax. in benefic. lib. 2. cap. 2. num. 50. Gemin. conf. 132. sub num. 1. Zabarell. conf. 30. num. 50. Rot. de execut. litter. Apostolicarum cap. 5. num. 149. Cassador. decis. 12. de præbend. num. 5. Rembold. decis. 376. num. 6.

Neque hujusmodi fundamenta super quibus informante pro parte Curatorum ædificium eorum jurium erexerunt, dilabi possunt, ex Decreto facto ab Archiepiscopo in actu erectionis continente, quod dominium Ecclesie, & suppellectilium imposterum spectare de-

beret ad Capitulum, & Canonicos. Quoniam inspecto, quod in eodem Archiepiscopo deficiebat, tam potestas, quam voluntas nullo modo Portionariis dictum Decretum aliquod præjudicium inferre valuit.

15 Defectus potestatis in Archiepiscopo controversi nequit ob resistantiam ortam ex dispositione Summi, Pontificis, qui cum in ea stabiliverit omnia in eodem statu remanere debere, remansit idem Executor denudatus omni potestate, primævum statum immutandi, & novum inducendi, & ei deficiebat omni facultas, prævertendi formam sibi in Brevis præscriptam, & sub certis modis limitatam Cap. Venerabilis 37. de offi. delegat. cap. cum dilecta 22. ibique gloss. in verb. transponentes de Rescript. Rota de execut. litterarum Apostolicarum cap. 12. num. 8. Rota coram Eminentiss. Ottob. decis. 153. num. 4. & coram Dunozeo Jun. decis. 242. n. 6. & in recent. decis. 277. num. 4. & decis. 404. num. 13. part. 4. tom. 2. & decis. 261. num. 26. part. 7. recent.

16 Attento præsertim, quod Brevis erectionis reperitur munitum Clausula sublata & Decreto irritanti, ex quo remanet exclusa omnis potestas in Archiepiscopo aliquid in illius executione innovandi, etiam si accesserit consensus Portionariorum, ejus temporis, qui simul, & semel in erectione ejusdem Collegiate juxta præceptum Testatrix effecti fuerunt Canonici, dum non agebatur de illorum privato favore, sed de interesse Ecclesie, & successorum. Joann. de Anania in cap. quia frustra num. 6. de usuris Gabriel. conf. 151. num. 16. & 17. lib. 2. Caputaquen. decis. 86. par. 2. Bich. dec. 98. num. 1. & 7.

17 Accedit quod deficiebat in Archiepiscopo omnis, & quæcumque potestas subjiciendi Portionarios dominio Præpositi, & Canonicorum, quia isti erecti fuerunt sub jure patronatus Laicorum, unde Cura, quæ prius erat libera redacta esset in servitutem quod nulli Ordinario permittitur, & præcipue esset facere illud quod prohibet Sac. Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 9. de reformat. Rot. decis. 63. num. 2. part. 16. recent. Itaut si verum

esset, quod Ecclesia servitutis jugo subiecta fuisset, opus esset in præsentem, primævo libertatis statui eandem restituere, ut disponit idem Concil. *dist. sess. 25. cap. 9. in fin.* & egregiè ratiocinatur Vivian. *de jure patronat. par. 3. lib. 19. cap. 5. num. 40.*

18. Certior autem viget voluntatis defectus in eodem Archiepiscopo, qui dum in actu erectionis expressam declarationem emisit, quod non intendebat mutare statum illius, sed quod portiones, ut prius subsisterent; nec annexæ, nec incorporatæ, nec unitæ censerentur. Concedendum dominium Præposito, & Canonicis intelligi debet hoc perpetrasse citra innovationem præcedentis status Ecclesiæ; Et idèd quoad jus præminentiale circa Collegialia, non quoad exercitium Curæ censerit debet suam auctoritatem interposuisse, & hoc magis expressè post actum erectionis factus fuit, dum novam, & reiteratam declarationem emisit, nempè. *Quod in his, quæ spectant ad Parochos ratione Curæ, & Animarum, & administrationis Sacramentorum, tam onera, quam commoda, & emolumenta, ad ipsos Parochos pertineant; In his verò, quæ propria sunt Collegiatarum, & quæ jura Capituli concernunt pertineant ad Præpositum, & Canonicos, ut in præsentem summario num. 2.* Et huic apertæ ejusdem Archiepiscopi menti accessit declaratio per Vicarium Generalem antè motam litem promulgata, ut in Summario num. 3. & ob id clare patet remansisse illæsa jura Parochorum, & decreta ab Archiepiscopo antea emanata, intelligenda sunt de Ecclesia merè Collegiata, respectu quorum non aderat Pontificis prohibitio, quia de jure non repugnat Ecclesiam subesse pluribus independentibus diversis respectibus, *Glos. in Clement. frequent. verb. ad mensam in princip. de Excess. Prælat. Bellamer. cons. 20. num. 10. Murga par. 2. q. Past. q. 2. de divis. unius §. 7. num. 23. in fine, Cardin. Tusch. verb. Beneficiati concl. 68. num. 7.*

Et ex his resolutum fuit. *Constare de bono jure Curatorum Portionariorum Ecclesiæ S. Babylæ etiam ad effectum manutentionis, & declarata fuit decisio bon. mem. Dunozeiti juxta sensum Dominorum.*

Utraque parte informante. &c.

Monacelli Form. Pars II.

R. P. D. VICECOMITE
Romana pecuniaria.

Veneris 2. Decembris 1678.

ARGUMENTUM.

Dispositio Testatoris declarata ab eo; qui fuit communicata non dicitur captatoria sed valida, præsertim in relictis ad pias causas. Subscribens scripturam censetur approbare omnia in ea contenta.

SUMMARIUM.

- 1 Declaratio voluntatis Testatoris facta ab eo, cui fuit communicata plenè probat si fiat cum juramento.
- 2 Subscribens Scripturam, censetur approbare omnia in eadem contenta.
- 3 Dicitio imò est correctiva præcedentium.
- 4 Testator communicans secretum suæ voluntatis, non dicitur, commississe in tertium substantiam dispositionis, sed tantummodo declarationem.
Dispositio Testatoris commissa in voluntatem tertii, est valida in relictis ad pias causas. ibi.
- 5 Legatum factum favore Confraternitatis censetur relictum ad piam causam, præsertim si habeat Ecclesiam annexam.
Legatum relictum causa studii dicitur pium. ibi.

DECISIO VI.

1. **D**omini permanentes in resolutis die 28. Martii præteriti iterum extimarunt, nullam pecuniarum quantitatem esse ad Bancum reportandam, quia illæ exactæ fuerunt de mandato Episcopi Testatoris directo eidem Banco totam earum summam continente, & successivè erogatæ in pia legata secundum voluntatem ejusdem Testatoris per P. Josephum ejus Confessarium, cui illam communicaverat, medio Juramento declarati per text. in l. Theopompus ff. de dot. prælegat. Bart. in l. quem hered. ff. de reb.

A a 3 dub.

dub. Castren. in leg. si ita scripsero num. 3. ff. de condit. & demonstrat. Surd. consil. 294. num. 18. & 19. & consil. 380. sub num. 51. versic. quamvis, Camer. var. resol. lib. 3. cap. 20. sub num. 89. & seqq. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. num. 82. Afflic. dec. 381. num. 4. & seqq. cum aliis allegatis in præterea decisione §. & moti ratione.

2 Nec mandatum censeretur debet restringitur ad sola scuta 500. in calce ejusdem arithmetice per Testatorem adnotata, quia ut ponderatum fuit in eadem dec. §. non relevante, dum Testator monitus ab ejus familiaribus, quod mandatum continebat totam pecuniarum summam in Banco existentem, adhuc illud subscripsit, & verbis expressis non restrinxit, vel aliud continens solam quantitatem scut. 500. conscribi non mandavit, prout facile poterat, cum esset sanus mente, articulatè loqueretur, & triduo etiam post in propriis sensibus supervixerit, ut deponunt testes formiter examinati, non est præsumendum voluisse per dictam numeri adnotationem mandatum restringere, sed bene dicendum exoptasse pro tota summa, quam in corpore continebat effectum fortiri, ita ut bene intret conclusio in præterita decisione firmata, quod subscribens simpliciter scripturam censeatur approbare omnia in eadem contenta de qua etiam Natt. cons. 287. n. 4. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 66. n. 6. & seq. lib. 3. Gabr. de probat. concl. 3. n. 1. & seqq. Rota cor. Bichio decis. 630. n. 12. & in rec. dec. 276. n. 9. q. 17.

3 Sicuti non subsistit Testatorem restringisse facultatem P. Josepho ad declarandam tantum quantitatem pauperibus, suisque famulis distribuendam per illa verba Codicilli -- *circa quello si doverà distribuire à poveri, & alla sua servitù*; quoniam idem Testator in hærendo maximæ fidei, quam merito habebat in personam P. Josephi prosequens dispositionem, facultatem ampliavit generaliter, & sic ad alia superius non expressa, scilicet ad distributionem, in quamcunque aliam piam causam, quando P. Joseph declaraverit ibi. *Anzi secondo il detto, e dichiarazione del d. P. Fotio ordino, e dispongo certo, e sicuro di non restar defraudato nella di lui confidenza, integrità, e bona coscienza,*

hæc enim ultima pars, sive dispositio, prima remanente correctæ attendi debet ex allegatis in dicta decis. §. quoniam cum aliis pluribus cumulatè per Barbof. de dict. dist. 151. num. 1. & seqq.

4 Nec relevat replicatio, quod ista esset dispositio commissa in voluntatem tertii, & captatoria, quia Episcopus, qui communicaverat ejus voluntatem P. Josepho circa pecuniam in Banco existentem, ut supra disponendo, non dicitur commississe in voluntatem P. Josephi, substantiam dispositionis, sed tantummodò declarationem ejus, quod illi secreto dixerat, quod valde differt à dispositione commissa tertio, & captatoria, ut bene notant Ruin. cons. 19. n. 7. vol. 2. Canc. var. resolut. lib. 3. cap. 20. sub num. 89. cons. quamvis, & seqq. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. n. 82. aliisque ab eis allegatis. Quamvis etiam cum versetur in relictis piæ Causæ hujusmodi dispositio esset valida cap. cum tibi de testament. Bart. in lib. 1. C. de Sacros. Eccles. Ruin. consil. 21. n. 4. vol. 2. Spin. de Testament. gloss. 5. n. 68. & seqq. Cancr. dict. cap. 30. n. 103. Castill. contr. jur. lib. 2. cap. 6. n. 18. & 19. Tiraquell. de privit. piæ caus. privileg. 64. Peregrin. de fideic. art. 33. n. 66. Grass. de success. §. institutio q. 18. num. 7. & 8. Rota cor. Martini. Andr. decis. 73. num. 16.

5 Inter hæc autem pia legata, commemorandum est tam illud relictum Ven. Congregationi nobilium Sanctissimæ Assumptionis, cum uti habens Ecclesiam annexam dicatur locus Pius juxta consil. Bald. lib. 2. num. 4. & 5. lib. 5. Rota cor. Carill. dec. 267. num. 1. & 2. cor. Arguell. decis. 45. num. 6. & seqq. & in puncto Cyriac. contr. 94. num. 14. & seqq. ubi etiam post multos Doctores, quos ibi cumulat, ampliat, quamvis non haberet Ecclesiam annexam, quia censeatur relictum non loco nec personis, sed usui pio, in quem illud distribuunt, & non inspicitur persona, sed causa: Quam alterum relictum Nepoti causa studii, scilicet pro educando eum per quinquennium, in aliquo ex Seminaris Nobilium Societatis Jesu, ut firmat Abb. cons. 63. sub num. 4. vers. sed relictum, & seqq. par. 2. Mart. de success. legal. p. 4. q. 18. art. 4. sub num. 43. vers. relictum causa studii

cum seqq. plenè Ciardin. conir. 3. num. 57. & in puncto dixit Rot. in Calaguritana Juris visitandi 21. Maii 1649. S. quoniam coram bon. mem. Card. Corrado. Et ita utraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE

Romana Cappellaniæ.

Veneris 14. Junii 1680.

ARGUMENTUM.

Referuntur demonstrationes quibus probatur existentia Jurispatronatus laicalis: nec non casus in quibus Cardinales Titulares Indultarii, Beneficia in Ecclesia Titulari existentia non conferunt. Publicatio resignationis Beneficii ad formam Bullæ Grægor. XIII. non requiritur, quando Resignatarius fuit gratiosè subrogatus in juribus resignantis.

SUMMARIUM.

- 1 Arbitrium regulatur à jure.
- 2 Clericatus probatur testimonialibus Ordinantis.
- 3 Litis contestatio probatur ex actibus judicialibus hinc inde gestis.
- 4 Valor per non excessum probatur per expressionem factam in præcedentibus provisionibus.
- 5 Inscriptiones antiquæ in lapide insculptæ probant juspatronatus.
- 6 Item insignia familiæ insculpta in pavimento, & pavimento.
- 7 Item descriptiones in libris Ecclesiæ.
- 8 Item præsentationes continuatæ, & effectum sortitæ per spatium centum annorum.
- Centenaria possessio habet vim immemorabilis, & facit præsumere titulum ex fundatione. ibi.
- 9 Item enunciatiuæ antiquæ emissæ in Visitationibus.
- 10 Item declarationes factæ ab Ordinario de existentia jurispatronatus.

- 11 Item legata facta cappellæ uti de jurispatronatus.
- 12 Indultum Cardinalis Titularis conferendi, non comprehendit Beneficia litigiosa, præcipuè vacantia apud Sedem.
- 13 Neque Beneficia jurispatronatus, quæ non cadunt sub reservationibus Apostolicis.
- 14 Papa non obstante Indulto, præveniendò Indultarium potest conferre.
- 15 Resignatarius subrogatus à Papa in juribus Resignantis, non tenetur docere de publicatione resignationis, sed de statulitis, & de Clericatu.
- 16 Publicatio resignationis facta in termino prorogato, habetur ac si facta esset à principio.

DECISIO VII.

Postquam Hiacynthus Capranica sub die 24. Februarii 1675. obtinuerat provideri à Sede Apostolica de Cappellania sub invocatione Sanctissimæ Conceptionis erecta in Ecclesia Sancti Marci de Urbe vacante per obitum Pauli Callimaci, & successivè etiam sententiam ab Eminentissimo Cardinali Vicario pro executione litterarum, cessit, & resignavit jus suum ad favorem Julii Peniæ, qui vigore ejusdem cessionis, & resignationis obtinuit in d. Jure per alias litteras Apostolicas gratiosè subrogari, ejus Summario num. 1. 3. 4. & 5.

Verum quia Federicus Antonius Capranica eandem Cappellaniam sub die 11. Martii ejusdem Anni 1675. sibi ab Eminentissimo Domino Cardin. Ottobono dictæ Ecclesiæ Titulari conferri obtinuerat, dicto Summario num. 2. & possessionem etiam adeptus fuerat, hinc executioni dd. litterarum se opponens, Signatura Justitiæ ad ejus instantiam causam appellationis à præfata sententia mihi commisit cum clausula parito litteris arbitrio Rotæ, & proposito dubio sub diebus 11. & 22. Martii præteriti, an Intret arbitrium pro retardatione executionis, & non resolutò, hodie in tertia propositione Domini negativè responderunt.

Aa 4 1 Quia

1. Quia cum arbitrium reguletur à jure, Poth. de manu. observat. 7. num. 60. Rota cor. Gregor. decis. 189. num. 3. ibique Add. num. 8. & cor. Eminentissimo Ottobono dec. 115. num. 1. dictæ litteræ tam num. 1. quam in omnibus justificatæ de jure sunt exequendæ, cap. si Capitulo, ibique gloss. verb. exequatur de concess. præben. in 6. Rot. rec. dec. 73. n. 2. par. 13. & dec. 297. n. 1. par. 17. & coram Dunoz. Jun. dec. 876. num. 2. & in Astoricen. Beneficii 28. Junii 1673. §. 1. coram R. P. D. meo Emerix.

2. Justificatio autem patet, quia quoad Clericatum tam Hiacynthi cedentis, & resignantis, quam Julii Cessionarii, & Resignatarii probatur ex litteris patentibus Eminentissimi Urbis Vicarii datis in dicto Summario num. 24. Rota decis. 319. num. 11. par. 11. & decis. 73. num. 4. par. 13. recent.

3. Quo verò ad litem super pertinentia jurispatronatus inter DD. de Capranica, & dictum Paulum ab eis præsentatum ex una, & Custodes Archihospitalis ad Sancta Sanctorum de Urbe ex altera, probata remanet ex monitoriis hinc inde expeditis exequutis, in actis reproductis una cum aliis successivis actibus judicialibus, ac Sententia lata ad favorem DD. de Capranica, de quibus in dict. Summario num. 17. 18. & 21.

4. Quoad valorem autem expressum per non excessum in ducatis 130. de Camera, benè justificatur ex simili expressione facta in antecedentibus supplicationibus, & provisionibus dicto Summario num. 22. ut alias dixit Rota dec. 572. n. 3. par. 1. & dec. 444. num. 6. par. 2. & dec. 258. num. 11. par. 9. recent. & in Lucana Beneficii 1675. 28. Januarii §. minus obstant cor. Illustrissimo Domino meo Calataju, & multo magis, quia fuit etiam una cum dicta lite uniformiter expressum per Federicum Antonium in supplicatione porrecta Summo Pontifici pro obtinenda confirmatione dictæ collationis reportatæ à Domino Cardinali Titulari, eodem Summario num. 23. quod sufficeret in præsentibus, Rota coram Cavaler. decis. 33. num. 2. vers. quod fructus, & coram Cels. decis. 31. num. 1. cum seqq. & in rec. decis. 73. num. 3. par. 13.

5. Et tandem justificatur etiam juspa-

tronatus ad favorem familiæ de Capranica, nam concurrunt primò antiquissima inscriptio incisa in lapide sepulchri bon. mem. Pauli de Capranica Archiepiscopi Beneventani existenti propriè dictam Cappellam, ibi --- Sacellum hoc moriens è suo dotatum familiæ suæ Capranicensis reliquit --- dicto Summario num. 6. ex qua probari jurispatronatus tradit Gloss. communiter recepta in cap. cum causam, in verbo per libros antiquos, vers. item sepe periat de probat. Bartol. in l. monumentorum C. de Religios. & sumpt. funer. Galtr. in leg. si sepulchrum num. 6. Cod. eodem tit. Bald. consil. 310. num. 1. & per totum lib. 1. Dec. consil. 135. sub num. 1. in fin. Ferrer. cons. 293. num. 9. Rocch. de Curt. de jurispatronat. in verb. honorificum sub num. 3. in fin. vers. an autem jurispatronatus, Lambertin. in simil. tractat. lib. 2. part. 2. quest. 10. artic. 9. num. 3. & 4. Vivian. pariter de jurispatronat. part. 2. lib. 11. cap. 7. num. 25. Barbof. de Offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 50. & sequentibus. Lotter. de re benefic. part. 5. cap. 9. num. 91. Rota in recent. decis. 374. num. 7. part. 2. & coram Cavaler. decis. 378. num. 1. & coram Coccino decis. 1230. sub num. 1. vers. de inscriptione vero, cum aliis in Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646. §. quinto inscriptio coram bon. memor. Cardin. Corrado.

6. Secundo. Insignia ejusdem familiæ Capranicensis insculpta tam in pavimento, quam in pariete Cappellæ, nec non sepulchrum pro eadem familia ibi constructum, eodem Summario num. 7. hæc enim cum regulariter non soleant apponi, nec fieri in re aliena, præsumi debent apposita, & facta fuisse per Patronos ad conservationem illorum jurium, & proinde illud probant, præsertim concurrentibus aliis adminiculis, & non assignatas alia ratione talis appositionis, Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 97. de caus. possess. & propriet. Ancharan. consil. 113. num. 4. Lambert. de jurispatronat. lib. 3. quest. 5. art. 4. num. 2. Lotter. de re benefic. lib. 2. dicta quest. 13. num. 146. & sequentibus. Rota decis. 527. sub num. 6. & sequentibus part. 4. divers. & decis. 33. sub num. 3. & decis. 518. sub num. 5. part. 1.

recentior. & coram Seraphin. decis. 1141. n. 7. & coram Coccino d. decis. 230. n. 1. & in d. Mediolanen. Prioratus §. sexto insignia coram Corrado.

7. Tertio favet descriptio hujus Cappellæ facta in Libris dictæ Ecclesiæ Sancti Marci cum qualitate juris patronatus ad favorem familiæ de Capranica; nam in Libro nuncupato Inventarium bonorum stabiliū fol. 75. habetur -- *L' Altare della Concezzione della Madonna è de jurepatronatus di Casa Capranica, e Monsignor Vescovo Capranica n'è Cappellano, & fol. 44. iterum scriptum legitur -- Cappella della Concezzione n'è Cappellano il Signor Aldrubale Capranica Canonico di S. Giovanni, e de Jurepatronatus de Casa Capranica, &c. dict. Summar. n. 11.* Hujusmodi autem descriptione probare jus patronatus in specie dixit Rot. coram Coccin. dec. 174. n. 1. & coram Merlin. dec. 689. num. 7.

8. Quartò. Jus patronatus probant multiplicatæ, ac continuatæ presentationes per hanc familiam factæ, & effectum sortitæ per spatium centum, & ultra annorum, & respectivè consensus præstiti in resignationibus Cappellanæ, ut in dicto Summario n. 15. & 16. ut tradit Dec. consil. 126. num. 3. Nogueroi. allegat. 28. num. 8. & pluries dixit Rota, ut coram Rojas decis. 436. num. 2. coram Peutingen. decis. 251. num. 1. & sequentibus coram Arguell. decis. 87. sub numer. 5. & 6. cum aliis congestis in dicta Mediolanen. Prioratus, §. secundo adducuntur presentationes, coram Corrado, & hoc etiam in terminis Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 9. de reformat. dum centenaria quasi possessio præsentandi habet vim immemorabilis, & facit præsumere titulum ex fundatione, & dotatione, utrumque à Sacri Concilii præservatum, ut de immemorabili, Dec. consil. 117. sub num. 2. versic. secundo non obstat, & dict. consil. 126. versic. & hoc etiam, & Rota in recentior. decis. 29. num. 1. & sequentibus part. 7. & coram Burrati. decis. 142. num. 2. cum sequentibus, ibique Add. num. 15. & coram Cels. decis. 193. num. 4. & de titulo ex fundatione, & dotatione est, consil. Federic. de Sen. 234. sub num. 3. versic. sic ad propositum passim à Rota receptum, ut coram

Burrati. dicta decis. 142. n. 4. & decis. 172. num. 1. & sequentibus, & coram Merlin. dec. 850. num. 1. cum seqq. & coram Bichio dec. 118. n. 1. & 8. & in Bononien. Parochialis super petitorio 1. Julii 1678. 3. Julii 1679. & 12. Febr. præteriti coram me, & in Compostellana Parochialis 10. Martii 1679. 29. Jan. præteriti pariter coram me.

9. Quintò. Urgent plures enunciativæ, quidem antiquæ, emissæ in visitationibus Apostolicis, & in institutionibus præsentatorum, dicto Summario num. 12. & 13. cum enim Ordinarii, de quorum commodo, & interesse agitur, non soleant esse faciles in approbatione juris patronatus, multum faciunt pro illius comprobatione, Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 13. nu. 141. & seqq. Rota coram Seraphin. decis. 1232. num. 2. & coram Durand. decis. 413. num. 3. & in recent. decis. 518. num. 3. part. 1. & dec. 329. num. 8. part. 9. & in d. Mediolanen. Prioratus, §. quarto concurrunt coram Corrado, & in ad. Bononien. & Compostellana Parochialis coram me, præsertim, quia quatuor ex illis emanarunt à Summis Pontificibus asserentibus se informatos de jurepatronatus, ut ponderavit Rota in dicta Mediolanen. Prioratus §. nam adducitur primo.

10. Sextò. Concurrunt declarationes super existentia, & pertinentia juris patronatus ad favorem familiæ Capranicensis factæ, causa cognita à tribus Vicesgerentibus in annis 1596. 1602. 1639. & 1642. ut d. Summ. num. 14. quibus valde est deferendum Rota dec. 13. sub n. 1. part. 1. & decis. 36. num. 11. part. 2. recent. & coram Coccin. decis. 229. num. unico, & coram Merlin. decis. 403. num. 1. 9. & 10. & decis. 689. num. 6.

11. Septimò. Accedunt legata eidem Cappellæ uti de jurepatronatus familiæ de Capranica facta pro augmento dotis à Camillo Capranica de anno 1550. & à Faustina de Velle ejus uxore de anno 1554. executioni demandata per sententiam Cardinalium Sfortiæ, & Ursini, ut in dicto Summario num. 9. & 50. quæ in comprobationem Juris patronatus aliàs ponderavit Rota coram Coccin. decis. 230. num. 4.

12. Non obstat, quod Cappellania existat in Ecclesia Cardinalis Titularis, & Indultarii, quia indultum non comprehendit beneficia litigiosa, sed istorum collatio spectat ad Papam, *cap. 2. & Clem. 1. ut lit. pendent. in 6. Gonzal. ad reg. 8. glos. 24. nu. 27.* præcipue vacantia apud Sedem, ut in casu præfenti: *Summario nu. 25.* hujusmodi enim vacatio inducit reservationem ceteris fortiore *cap. 2. de præbend. in sexto, Gonzal. ubi proxime num. 26.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 27. num. 91. & seqq. Add. ad Greg. decif. 291. num. 9. Rot. decif. 28. in fin. part. 6. rec.*

13. Maxime, quia Cappellania existit de jure patronatus Laicorum, ut supra; istis enim nunquam præsumitur fuisse per concessionem hujusmodi indultorum præjudicatum, adeo ut Beneficia, quæ ad illorum præsentationem conferuntur, nec cadant sub reservationibus Apostolicis, *Gonzal. gl. 18. n. 2. & seqq. ubi plene Spad. conf. 21. n. 2. lib. 2. Rota cor. Andrea dec. 22. n. 6. & in Avenionen. Canoniciatus 11. Decemb. 1662. cor. Emin. Cerro.*

14. Sed cessat etiam omnis difficultas, quia Papa derogavit indulto, & prævenit D. Cardinalem in providendo, *dist. Summario nu. 1. in fin.* non est enim ligata manus Papæ, quin præveniendo possit non obstante Indulto conferre, ut in specie tradit *Tondut. resolut. benefic. part. 2. tom. 1. c. 3. §. 5. n. 36. & seqq. & Add. ad Gregor. dec. 27. in fin.* habet siquidem jus præventivum, & cum omnibus Ordinariis concurrat juxta Textum *in c. dudum 14. Sc. si à Sede,* ubi communiter *DD. de præbend. in 6. Gonzal. ad regul. 8. §. 3. proem. num. 50. Rota dec. 905. n. 5. coram Duno. Jun.*

15. Prout non obstat præfensus defectus publicationis litterarum dictæ resignationis, juxta constitutionem san. mem. Gregorii XIII. tum quia cum Julius Resignatarius fuerit etiam gratiose subrogatus in Juribus Hyacinthi Resignantis, & in specie prosequendi recensitam litem, istiusque gratiosæ subrogationis expediverit litteras ad partes, sive seorsim à litteris dictæ resignationis, *Summario additionali nu. 1.* non tenetur pro executione suæ gratiæ justificare dictam publicationem, sed satis est, quod justificet eandem litem

in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, & proprium Clericatum, prout ex præmissis justificatur, ut tradit *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 20. num. 207. cum seqq. & melius lib. 3. quæst. 13. n. 38. & seqq. n. 67. Marefcott. variar. resolut. lib. 3. c. 1. n. 56. Argel. de legit. contradist. quæst. 15. art. 5. num. 124. Thomas de Rosa de execut. litter. Apostol. part. 2. cap. 16. num. 18. & 167. Rota coram Pen. dec. 836. & dec. 901. per tot. & in recent. decif. 570. num. 1. part. 1. & dec. 302. n. 1. 5. & seqq. part. 13. & penes Novar. in Summ. Bullar. dec. 47. num. 1. & seqq. & in Verthusen. Canoniciatus, & Comerarie 1. Junii 1676. §. Secundo modo coram R. P. D. mco Rondintino.*

16. Tum quia cum ad cathedram obtinuerit restitutionem in integrum adversus omiffam publicationem, & inter terminum à dicta constitutione præfixam facta fuerit publicatio, *d. Summ. additionali n. 2. & 3.* ista suffragatur, ac si ab initio facta fuisset *Paris. de resignat. benefic. lib. 11. g. 7. num. 68. vers. limita secundo, & m. 69. Rota cor. Mantice. dec. 113. num. 1. cor. Em. Orthob. dec. 154. n. 9. & cor. Celso dec. 321. n. 1. & cor. Bichio dec. 286. nu. 10.*

Et ita &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Oveten. Erectionis Parochialis
Lunæ 11. Martii 1681.

ARGUMENTUM.

Dismembratio fieri non potest, nisi adfit necessitas, & periculum imminet animarum.

SUMMARIUM.

1. Dismembratio loci ab antiqua Parochiali, fieri non potest sine justa causa.
2. Dismembratio conceditur ob distantiam Parochialis, quando est nimis longa, incommoda, & imminet periculum animarum.
3. Dismembratio non est facienda, quando aliunde Parochianis provideri potest.

Non

Non conceditur difmembratio, quando per Cappellanum possunt Parochianis in alia Ecclesia Sacramenta ministrari ibi.

DECISIO VIII.

SUB prætextu magnæ distantia, & præviæ itineris impedimentis commodum accessum ab Ecclesia Parochialem Sancti Felicis de Donis Oveten. Diœcesis ad Instantiam Incolarum, & Oppidorum del Pozzo, Pradella, e Pando sitorum intra limites dictæ Parochialis, Ordinarius dd. Loca ab antiqua eorum Parochia difmembravit, & alteram filialem erexit in Ecclesia, seu Oratorio alterius ex dd. locis scilicet Pando pro quatuor mensibus, dumtaxat hyemalibus, pro quibus obligavit Parochum de Donis ad ibidem suis sumptibus apponendum Vicarium, seu substitutum approbatum ad effectum subministrandi Sacramenta *Summario Parochi nu. 3.* quam erectionem in gradu appellationis confirmavit Reverendissimus Nuncius Hispaniarum extendens illam indistinctè ad totum anni tempus, mandans congruam Vicario præstari, non à Parocho antiquæ Ecclesiæ, sed ab ipsis Incolis difmembrationem, & novam Erectionem flagitantibus, & devoluta per appellationem causa ad Rotam, datoque particulari dubio - *An esset locus erectioni novæ Parochialis, & cujus sumptibus, responsum fuit: Non esse locum erectioni, sed provisioni mox exprimen.*

1. Cum enim agatur de difmembrandis locis ab antiqua Parochiali, eisque assignandis alteri ex integro erigendæ, concurrere debet juxta causa id peragendi, nempe necessitas, vel evidens utilitas, Abbas in *Capitulo ad Audientiam, n. 2. de Ecclesiasticis Edific. Rot. cum ibi relat. decis. 224. part. 10. rec. & in Ripana Præpositura 6. Martii, & 1. Julii 1654. coram me, & Pisauræ Parochialitatis 11. Februarii 1660. coram bon. mem. Verospio.*

2. In proposito non constat de tali causa, & quamvis illa desumatur ex necessitate ob distantiam locorum à solita Ecclesia juxtà *Textum in dicto Capitulo ad Audientiam innovatum per Conc. Trid. sess. 21.*

de reform. c. 4. ubi Barboz. n. 7. & 11. & de potestate Episcoporum parte 3. allegat. 68. Rota dec. 204. n. 2. part. 17. recent. non tamen fuit à Testibus pro parte Incolarum examinatis probata distantia, cum alii de majori, alii minori deponant, ut concludenter probandum erat; nam non omnis distantia præbet causam Ordinario difmembrandi, & erigendi novas Parochiales, sed illa, quæ nimis longa incommodum reddit accessione Parochianis accedentibus ad suscipiendum Sacramenta, Divinaque Officia audiendum, Sacramentorumque ministracionem, constitutis in extremis Vitæ, itaut periculum Animarum resultet, ut inquit Rota dicta dec. 224. n. 6. p. 10. rec. Lotter. de re Benefic. par. 28. n. 27. lib. & decis. 204. n. 1. p. 16. recent.

3. Nihilominus licet distantia necessaria non fuerit sufficienter probata, constat tamen de itinere nimis pervio, & via aspera, per quam non potest iter fieri hyemali tempore sine periculo vitæ, præcipuè propter magnam copiam Nivium, quæ causantes incrementum cujusdam fluvii, seu torrentis intermedii inter Ecclesiam, & hos Populos illi subjectos efficiunt, quod aquarum impetu deficiantur, seu abditus undis remaneat fons ligneus super illo existens, itaut Viatores pertransire non possint, vel saltem sine evidenti periculo submersionis; quapropter DD. consulendo utrique parti censuerunt, quod pro quatuor mensibus hyemalibus Parochus de Donis deputet Vicarium, seu substitutum approbatum, qui suo nomine, & suis expensis in dicta Ecclesia del Pando Populo Sacramenta dd. quatuor mensibus ministret, sic enim satis occurritur necessitati Parochianorum, & consulitur antiquæ Ecclesiæ abque aliqua difmembratione, quæ sine causa necessitatis, vel utilitatis non permittitur, quando æquè sine illa consulitur Coccin. *decision. 1428. num. 4.* cum sit Sacris Canonibus odiosa plenè Rota dicta *decision. 224. num. 16. & 17. part. 10. recent. ubi num. 18. & seqq. dicitur, quod quando aliunde provideri potest deficit necessitas, quæ est causa difmembrationis. Et cessat dispositio capituli ad Audientiam, & Concil. Trident. &*

in

in specie, quod non fit deveniendum ad dismembrationem quando deputatione alicujus Presbyteri possunt Sacramenta in aliqua Ecclesia ministrare *Cost. de remed. subsidiar. remed. 76. Barbol. ad Concil. dict. cap. 4. sess. 21. n. 10.*

Et ita utraque &c.

R.P.D. ALBERGATO DECANO.

Bononien. Parochialis.

Luna 12. Januarii 1682.

ARGUMENTUM.

Jurispatronatus pertinentia probatur ex pluribus nominationibus, quæ effectum fuerunt sortitæ. Jurispatronatus non extinguitur per suppressionem Dignitatis unitæ, & transit in subrogatum sub nomine jurium quomodolibet competentium.

SUMMARIUM.

- 1 Unio facta de omnibus bonis, & juribus universis, amplectitur etiam jus nominandi.
- 2 Jus nominandi probatur ex enunciativis instrumentorum præsertim antiquorum.
- 3 Nominationes in antiquis præsumuntur effectuate, dum non constat de contrariis provisionibus.
- 4 Collatio ab Ordinario facta sine præjudicio jurium partium, nullum jus tribuit, sed solum præservat quatenus adsit.
- 5 Præsentationes, & nominationes per longum tempus effectum sortitæ, probant jus patronatus, non obstante Concil. Trid. dispositione.
- 6 Beneficium de mensa Monasterii, potest esse manuale.
- 7 Extinctio dignitatis Abbatialis, non extinguit jus nominandi ad Beneficium cui erat annexa.
- 8 Unio facta de omnibus bonis, ac de omnibus aliis juribus, amplectitur jus nominandi, quod transit cum bonis.
- 9 Concursum non requiritur in Parochialibus unitis Monasteriis.

DECISIO IX.

Firmant decisio edita coram Me¹⁷. Januarii 1669. impressa in recent. in ordine 809. part. 18. Jus nominandi Rectorem Ecclesiæ Parochialis S. Laurentii in Porta Sterii spectare ad Assumptos Hospitalis Sancti Joannis Baptistæ, cui anno 1519. prævia suppressione Abbatiae Sancti Naboris, & Felicis Ordinis S. Benedicti, Julius Secundus omnia bona, & jura ejusdem Monasterii univit, & applicavit, à qua resolutione, ut recederetur, quo potissimum in hodierna repositione adducebant informantes pro mensa Archiepiscopalis Bononiæ defectum, videlicet probationis pertinentiæ Jurispatronatus ad Abbatiam priusquam suppresseretur, allegando decisionem super hoc editam coram Remboldo inter suas 223. Alterum, quod probata etiam pertinentia, adhuc tamen Beneficium per suppressionem dignitatis Abbatialis remaneret liberum, & consequenter collationis Eminentissimi Archiepiscopi, non autem Assumptorum dicti Hospitalis, quamvis in eum omnia alia bona Monasterii transiverint; sed his non obstantibus Domini permanerunt in decisio.

1. Oppositus enim defectus probationis non subsistit, quia licet Rota coram Remboldo respondens præcisè dubio, firmaverit non constare de Jure patronatus, admisit tamen Abbatem, & Monasterium consuevisse nominare Rectorem jure subjectionis, ut ibi numer. sexto, & advertit præterita decisio §. Non obstat, quod etiam admittere visa est Mensa dum decisionem Remboldi non impugnat, ideoque cum hodie agatur strictè de jure nominandi, quo ratione subjectionis gaudebant Abbas, & Monasterium, de cuius mensa erat Beneficium, unde cum per suppressionem, & unionem omnia bona, & jura Monasterii transiverint in Hospitale in omnibus, & per omnia, in illius locum subrogatum transivit quoque hoc Jus nominandi, ut pro veritate respondit Spada *consl. 4. lib. 3. & plenè in præterita decisione §. Etenim.*

2. Præterea tale Jus fuisse penes Monasterium.

monasterium satis constat ex pluribus nominationibus factis per Abbatem, effectum fortitè per longum curriculum duorum sæculorum, videlicet ab anno 1272. usque ad annum 1472. ut ostendit antecedens decisio d. 9. Etenim juncta potissimum subjectione resultante ad favorem Monasterii ex pluribus antiquissimis enunciativis emissis in Instrumentis annor. 1405. 1413. & 1503. & in ter cætera adest obligatio dandi certas præstationes annuas Monasterio in recognitionem superioritatis, ut in summario Assumptorum num. 2. & fuit observatum in eadem decisione eodem s. Etenim, & non fuit dubitatum in ipsa decis. *Remboldi* n. 2. 5. & 6.

4. Nec subsistit nominationes non fuisse effectuatas per subsequutam possessionem Nominatorum, vel per successivas nominationes factas per obitum defunctorum in possessione Beneficii, quia præter quod ex lapsu tanti temporis insurgit valida præsumptio fuisse effectum sortitas, ex hodie deductis apparuit effectuatio, dum constat de possessione ab aliquibus ex nominatis adeptæ, ac etiam ex remotione à Cura nonnullorum ex illis, quod fieri non potuisset, nisi extitissent in actuali possessione, cum privatio supponat habitum, eo fortiùs, quia in dicto tempore nulla ostenditur intermedia collatio de Parochiali facta per Ordinarios, signum evidens, quod Jus super eam non habebant cum Episcopi præsumantur solliciti inveniendis juribus Ecclesiæ, etsi omnimodam dispositionem hujus Parochialis ad se spectare cognovissent, profectò contulissent, nec sibi, & successoribus præjudicassent, patiendo Rectorem nominari per Abbatem, Rota decis. 5. num. 15. part. 10. rec. Nil relevantibus provisionibus per Archiepiscopos factis ab anno 1614. quia regulantur à prima s. M. Gregorii XV. tunc Archiepiscopi, qui contulit sine præjudicio jurium partium, & per modum provisionis, donec controversia decideretur, Ideoque ex illis nullum jus fuit acquisitum Mensæ, sed dumtaxat præservatum, quatenus illud habuisset, cum præservatio præservet quidem jus quatenus adfit, & competat, non autem aliquod jus novum

tribuit, aut addit Fœlin. in c. inter Monasterium n. 1. de sens. & re jud. Rota decis. 128. num. 11. part. 16. recent. & decis. 365. num. 9. coram Priolo, & in recent. decis. 254. num. 12. part. 18.

5. Undè stantibus multiplicatis nominationibus factis per Abbatem, & Monasterium effectum suum sortitis per spatium duorum sæculorum, & ultra non est dubitandum jus nominandi fuisse penes Nominantem absque eo quod obstat dispositio Sac. Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 9. quia etiam in terminis ejusdem Concilii multiplicatæ præsentationes per antiquissimum temporis cursum memoriam hominum excedens sufficiunt ad probandum jus patronatus, ut ibi *versive etiam ex multiplicatis*, & ibi notat Barb. num. 3. & sequitur Rota dec. 193. n. 4. coram Card. Celso, & dec. 576. nu. 11. & seqq. part. 18. recent.

6. Nec turbat enunciata manualis hujus Parochialis, quia non inde excluditur jus nominandi ad titulum, nam in Beneficiis de mensa Regularium Manualitas, seu potentia revocandi ad Claustra quancumque Regularem præpositum regimini Beneficii respicit personam ipsius Rectoris amovibilis, non autem Beneficium, quod non ob id definit esse de mensa Monasterii Petr. Greg. Tholosan. *Syntagm. Jur. c. 36. num. 1. & seqq. lib. 15. Cassador. dec. 4. n. 2. & 3. de præben. & decis. 10. m. 8. part. 14. recent.*

7. Minus obstat alterum objectum Mensæ, quod per suppressionem dignitatis Abbatialis fuerit hoc quaecumque jus extinctum, & non translatum in Hospitalitale; quia jus nominandi non erat dumtaxat Abbatis, sed etiam Monasterii, ut habetur in Nominationibus, unde extincta dignitate Abbatiali remansit Monasterium, quod cum omnibus suis bonis, & juribus fuit unitum Hospitali translative, & non extinctive, ut firmant antecedens decisio s. *suppressio*, & in proximis terminis de Ecclesia Regulari secularizata Rot. in rec. dec. 358. n. 7. par. 5. & dec. 94. n. 27. cor. Royas, & dec. 495. num. 4. par. 2. rec.

8. Nec ad excludendum transitum hujus juris nominandi placuit motivum, quod tanquam quid spirituale non venerit sub-

no-

nomine jurium præsertim ad favorem Assumptorum, qui tanquam laici sunt incapaces juris spiritualis, quia, & unio generaliter loquitur de omnibus juribus quomodolibet competentibus Monasterio; Ideoque in Hospitali omnia jura cujusvis generis transferuntur vigore hujus generalitatis, ex traditis per Barbof. *di. 241. n. 3. & 6. & di. 330. n. 2. 4. 6. & 8.* & Assumpti quamvis laici possunt seminare, quia tale jus sibi non arrogat jure proprio, sed tanquam Ministri Auctoritate Apostolica deputati ad regimen Hospitalis, cui d. Ecclesia Sancti Laurentii subiecta est ad text. in *Clement.* per litteras ubi Glos. *verb. Ecclesiasticos de præb. cum aliis relatis præterita decisione §. finali.*

9. Nec demùm relevare visa sunt, quæ dicebantur de concursu faciendi in Parochialibus juris patronatus Ecclesiastici, seu mixti; quia ubi agitur de Ecclesiis Curatis unitis Monasterio non est necessarius concursus, sed sufficit nominatio, & nominatum approbati ab Ordinario, prævio examine, ut cavetur in Constitutione Beati Pii V. *la 27. §. 4. de qua in recent. decis. 443. n. 1. & 7. part. 5. tom. 2. & decis. 16. num. 12. part. 6. & dec. 184. n. 6. p. 8. & dec. 321. nu. 1. part. 10.*

Et ita standum esse in decis. Domini responderunt utraque parte informante &c.

R. P. D. MATTEJO.

Illerdien. seu Tarraconen. Beneficium
Ven. 20. Februarii 1682.

ARGUMENTUM.

Subrogato in juribus colligantis, probatis requisitis datur manutentio. Jus patronatus in dubio præsumitur hæreditarium. Non potest annecti Castro à Patronis, sine legitima Ordinarii facultate. In Dominis Castri præsumitur usurpatum.

SUMMARIUM.

1. Gratosè subrogatus in juribus colligantis, manutentur in possessione

Beneficium, docto de requisitis hic enumeratis & n. 2.

3. Jus patronatus in dubio præsumitur ecclesiam cum qualitate hæreditaria.

4. Confessio judicialiter emissa est omnium probationum præstantior.

5. Annexio Beneficii alicui Castro fieri non potest à Patronis sine Episcopi auctoritate.

6. Jus patronatus in Dominis Castri præsumitur usurpatum, nisi confet de legitimo titulo donationis.

7. Præsentatio facta contra legem foundationis per errorem, non præjudicat.

8. Manutentio conceditur possident legitimo titulo.

9. Qui Beneficii possessionem capit propria auctoritate cadit à jure suo.

10. Collatio Beneficii litigiosæ pertinet ad Papam, ibi.

DECISIO X.

UNA cum approbatione legitime facta ab Ordinario fundatum fuit sacculo elapso, nempe de anno 1565. quoddam simplex Beneficium sub invocatione S. Joannis Baptistæ in Cappella Castri de Almenar. Illeriden. Diæc. à Bajulo, Juratis, & Universitate Villæ de Tamarite de Littera, quod fuit assignatum in Jus patronatus Ludovico de Icart ejusque hæredi, seu hæredibus universalibus, ut in *Summ. Caroli n. 2.* & post undecim annos hoc est de anno 1570. idem Beneficium Apostolica auctoritate translatum fuit ad Cappellam Castri Turris Dembarra Tarraconen. Diæc. ut in eod. *Summ. n. 3.*

Vacavit idem Beneficium de mense Aprilis 1680. per obitum Honuphrii de Reart, de quo Carolus de Lupia Clericus Barchinon. ad præsentationem Caroli de Lupia, & Villanova ejus Patris, provisus fuit etiam auctoritate Apostolica, ut in *Summ. num. 4. & 5.* & è contra Balthassar Reart de Icart sub assertione, & narrativa, quod fuisset præsentatus saltem à medietate Patronorum, reportavit etiam de eodem Beneficio auctoritate Apostolica provisionem, ut in *Summ. n. 6.* cujus possessionem etiam consequutus fuit, ut in *Summ. num. 7.*

Hinc

Hinc coram Ordinario Tarraconen. introducto Judicio super justificatione jurispatronatus Judice ad hunc effectum in litteris Apostolicis specialiter deputato, sprodiit sententia, in qua pronunciatum auit d. juspatronatus spectare, & pertinere ad Carolum de Lupia, & Villanova *Sum. n. 8. & 9.* Mihi autem commissa fuit causa ad instantiam Balthassaris, quo defuncto post inhibitionem obtentam, ut in *Sum. n. 10. & 11.* obtinuit Carolus subrogari in juribus colligantis, ut in *Sum. n. 12.* & vigore illius possessionem Beneficii, de quo agitur, legitimè adeptus fuit ut *Sum. n. 13.*

Demum Melchior Reart q. Balthassaris Germanus frater cum supposito quod à Sede Apostolica fuerit provilus de controverfo Beneficio commissionem sub Banca directam Eminentis. Domino Card. Tayæ obtinuit, & ob id cum Carolus advertit Signaturam ad effectum obtinendi lacerationem d. commissionis, rescriptum fuit etiam mihi, ut in hac causa procedentem, unde dato dubio An, & de cujus bono jure constet, etiam ad effectum manutentionis: responsum fuit constare de bono jure Caroli ad effectum manutentionis.

1. Quia ipse fuit gratiose subrogatus in juribus Balthassaris colligantis, & ulterius docet de tribus solitis requisitis, nempe de Lite, & clericatu, & Obitu in possessione colligantis Beneficii, de quo agitur, quibus concurrentibus non est dubitandum, quod Beneficium non sit Carolo adjudican. in vim gratiosæ subrogationis *Put. decis. 495. lib. 2. Mohed. dec. 324. Cavalc. decis. 450. Greg. decis. 418. & dec. 103. & dec. 306. Merlin. decis. 418. Buratt. decis. 31. Duran. decis. 391. in omnibus n. 1.*

2. Clericatus probatus remanet ex fide Notarii Archiepiscopi Barchinonen. ut in *Summ. num. 4.* & obitus defuncti colligantis in possessione pariter justificatus remanet ex *Summ. num. 7. & 10.* & demum Lis, quam deficere informantis pro Melchiore inculcatè dicebant, satis superque deducitur super titulo Beneficii, nedum ex commissione in capsata Citationem cum inhibitione ad formam d. commissionis expedita, & in partibus exe-

cuta, ut in *Summ. num. 10.* una cum processu in Rota producto; Sed etiam quia d. commissio fuit ad instantiam Caroli facta communis, & fuerint expedite litteræ citatorie cum inhibitione in partibus legitimè executæ, & in actis reproductæ, ut in *Summ. add. num. 2.* & de eadem lite super titulo Beneficii coram Executore litterarum Apostolicarum provisionis Caroli constat ex multiplicatis citationibus, una cum processu coram D. Executore fabricato productis, ut in eodem *Sum. add. num. 3.* Quæ omnia videntur sufficientia ad hoc, ut dicatur lis introducta super Beneficio, quod est principale fundamentum gratiosæ subrogationis *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. Rota coram Celso dec. 170. n. 7. & in recent. dec. 154. num. 1. part. 1. dec. 606. nu. 2. part. 5. tom. 2. & dec. 165. n. 3. part. 18.*

3. Quibus omnibus concurrentibus videbitur, satis fuisse fundatum bonum jus Caroli, dum habet pro se subrogationem gratiosam absque eo, quod esset opus ulterius transire ad examen pertinentiæ jurispatronatus, sed ut magis elucescat resolutionis fundamentum, operæ pretium existimavi etiam de pertinentia hujus beneficii, nonnulla, quæ ab informantibus pro eodem deducuntur recensere, ut etiam illis bonum jus, super quo Domini pedes fixerunt remaneat ex omni parte consolidatum, & præcipuè ponderandum venit, quod ipse fuit à Sancta Sede de d. Beneficio, provilus ut intra legitimum tempus ad hoc præsentatus a Carolo de Lupia, & Villanova ejus Patre, ut in *Summ. n. 14.* qui cum sit verus Patronus dicti Beneficii, ipse etiam erit indubitatus illius possessor, ex quo in ejus institutione, ac fundatione assignatum, & concessum fuit Ludovico, & ejus hæredi, seu hæredibus universalibus, ut in *Summ. n. 1.* & per consequens in dubium revocari nequit, quod non sit hæreditarium, & pertineat ad hæredes d. Ludovici de Icart tam ex litterali dispositione d. fundationis, quàm quia cum non appareat de contraria, clara, & expressa dispositione, seu limitatione Jurispatronatus intrat præsumptio, quod fuerit erectum cum qualitate hæreditaria, & illius collatio spe-

spectat ad hæredem primi Patroni Clem. planè de jurepatr. Calder. conf. 5. de jurepatr. Lambert. de jurepatr. par. 4. lib. 1. q. 2. art. 2. à num. 3. post med. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 66. & 67. Rot. decis. 27. num. 1. cor. Ninot. dec. 111. n. 4. cor. Uvald. & in rec. dec. 89. n. 1. par. 6. & dec. 275. n. 4. & 5. par. 7. & decis. 185. n. 9. & dec. 430. n. 19. par. 9. & dec. 19. num. 1. par. 18.

Probatum etiam existit Carolum de Lupia, & Vilanova esse hæredem universalem dicti Ludovici de Icart, dum in ejus ultimo testamento celebrato 30. Martii 1580. nominavit hæredem universalem Joannem de Icart ejus filium, ut in Summ. num. 15. ejusque filium primogenitum, eique pupillariter sustinuit Christophorum ejus filium, ut in Summ. num. 16. à quibus causam habet Carolus de Lupia, & Vilanova, ut justificatis singulis gradibus probatur in Summ. à num. 15. usque ad 22.

4 Quæ omnia magis comprobata remanent ex quodam Instrumento transactionis, debitum cum solemnitatibus stipulato inter Carolum de Lupia, & Tutores, & Curatores Andreæ de Reart præfenti Patroni de anno 1666. cum quo devenerunt ad declarationem, & apertè si fuerunt contrahentes, & transigentes Juspatronatus controversi Beneficii spectare, & pertinere jure domini ad d. Carolum de Lupia, ut in Summ. num. 22. & hæc cum sit confessio judicialiter emissa, est omnium aliarum probationum præstantior, eique multum deferendum venit, & inter omnia alia documenta primatum obtinet Cassad. decis. 7. de jurepatr. Put. decis. 6. lib. 3. Rot. penes Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 276.

5 Non obstat prætensio Melchioris, quod dum hujusmodi Juspatronatus fuit auctoritate Apostolica translatus à Cappella Castris de Almenar ad Cappellam Castri Turris Dembarra, fuerit etiam annexum dicto Castro; Quoniam nec in litteris Apostolicis, in quibus tribuitur Ordinario facultas transferendi, nec in translatione facta per Ordinarium legitur, quod fuerit facta ulla mentio prætensæ annexionis, sed simpliciter transfertur Beneficium de una ad aliam Cappellam, & hanc annexionem facere nequeunt Patroni Be-

neficii, aut Domini Castri, sed opus est ad hoc, ut illa substineatur, ut interveniat auctoritas Episcopi, & ejus legitima approbatio, sine qua ulla annexio fieri valet cap. illud vers. tum quia Lucius, & cap. nullus de jure pat. Rocc. eodem tit. in verbo, ipse velis qu. 19. n. 36. Lamber. eodem tit. par. 2. lib. 1. quest. 1. art. 19. num. 1. & 2. Sanchez conf. moral. lib. 2. cap. 3. disp. 76. in fin. Rot. dec. ult. de jurep. in antiqu. n. 2. & coram Duran. dec. 463. sub num. 7.

6 Eoque magis, quia in Andrea, seu ejus Antecessoribus uti Dominis Castri præsumitur usurpatio dicti juris patronatus, nisi constet de legitimo titulo Donationis, & foundationis ex Conc. Trid. sess. 25. de refor. cap. 9. ibique Barb. num. 32. & sæpius Rot. etiam comprobavit cor. Put. dec. 55. lib. 1. & coram Duran. decis. 413. num. 5. & coram Pamphil. dec. 166. n. 1. & dec. 245. n. 2. p. 9. & dec. 192. n. 10. p. 16. rec. & alibi passim.

7. Minus obstat, quod in duabus præsentationibus, altera nempe de anno 1614. alia verò 1662. fuit à Patronis facta mentio domini dicti Castri, & dd. nominibus præsentaverint cum successiva institutione, & sententia Ordinarii declaratoria pertinentiæ juris patronatus, quoniam cum expressio domini dicti Castri legatur solum facta à Patronis in eorum præsentationibus, & nunquam in institutionibus fuerat ab Ordinario approbata, hujusmodi qualitatem necesse est fateri fuisse à Patronis expressam pro majori ipsorum decore, & ornamento, qui insimul erant Domini Castri, & hæredes Ludovici primi Patroni, vel per errorem uti tales devenisse ad præsentationem, quod contra legem foundationis non venit attendendum. Rot. dec. 183. n. 15. cor. Cels. dec. 694. cor. Duno. Jun. & dec. 201. n. 12. p. 12. rec.

8 His legitime comprobatis non habitarunt DD. quod non esset danda eidem Carolo manutentio, ex quo ipse apprehendit etiam corporalem possessionem Beneficii, de quo agitur Summ. num. 12. & propterea ipsi possidenti legitimo titulo concedenda venit manutentio vulgat. §. Retinenda institut. de interd. Rota penes Pohst. de manut. dec. 57. num. 14. & coram Eminentiss. Ottob. decis. 186. num. 1. & decis. 191. in fin. par. 11. rec.

9. Nullatenus relevante, quod ipse Melchior possessionem ejusdem Beneficii ceperit, quia animadversum fuit hanc eandem possessionem illi non posse suffragari, dum capta fuit propria auctoritate, & nulla præcedente collatione, aut institutione auctoritate Apostolica, aut Ordinaria facta, & cum ex illa nullo modo juvari possit, nec effici valet legitimus contradictor ad impediendum. Carolo immiffionem, & ob id dicitur cecidisse à quolibet jure, quod sibi competere posset in dicto Beneficio juxta famigeratum *text. in cap. Avaritiæ de elect. in 6.* & eo magis, quia cum hujusmodi Beneficium antecedenter, & ad instantiam defuncti Balthasaris fuisset effectum litigiosum, de eo nullus disponere poterat præter Papam ad quem spectabat collatio *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. Clem. 1. eodem tit. Gonz. ad regul. 8. glos. 6. nu. 145. & 146. Barbof. de offic. & pot. Episc. alleg. 57. nu. 47. & 48.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana, seu Florentina Legatorum.
Veneris 26. Junii 1682.

ARGUMENTUM.

Executores Testamentarii, non tenentur propriis sumptibus litem agere.

SUMMARIUM.

- 1 Executores Testamentarii litem sustinent expensis hereditatis.
- 2 Expensæ litis cedunt in computum legati.

DECISIO XI.

U Na cum Dubio principali hac eadem die deciso ad favorem Monasterii, & Monachorum Sanctissimæ Trinitatis Florentiæ resolutum quoque fuit eis subministrandas esse expensas litis, juxta modum inferius exprimendum.

1. Cum enim Executores Testamentarii, non teneantur propriis sumptibus litem agere, ad hoc ut voluntas Testatoris Monacelli Form. Pars II.

adimpleatur, sed id fieri debeat expensis hæreditatis, ut tradunt Covar. in cap. Johannes in fin. vers. expensas autem de testam. Molin. de Just. & jur. tom. 1. disp. 284. litt. C. §. utrum vers. observat Paris. conf. 26. sub nu. 17. vers. quo stante cum duobus seqq. lib. 4. Carp. de Executione testament. lib. 3. c. 3. n. 60. & cap. 8. gloss. 1. n. 19. Bursatt. conf. 18. n. 20. Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 2. gloss. 13. sub nu. 21. vers. sed eo in casu p. 1. Coccin. in annot. decis. 245. n. 1. consequens est, quod Monachis in quorum Ecclesia sepultum fuit corpus Alexandri Testatoris, & ad quos ex testamento spectat onus curandi adimplementum legati, veniunt subministrandæ litis expensæ.

2. Nil refragante, quod Testator pro eadem cura, & diligentia Monachis commissa ei reliquerit annua scuta quatuor, quia visum fuit DD. hoc solum posse operari, quod pecuniæ subministrandæ pro expensis litis, cedant in diminutionem eorum annui legati, non autem quod expensæ non sint interim subministrandæ ex auctoritatibus supra allegatis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ALBERGATO DECANO.

Burgen. juris deputandi Curatum
Lunæ 21. Februar. 1684.

ARGUMENTUM.

Curati Ecclesiarum Parochialium, quæ sunt unitæ mensæ Monachorum, non habent statum collativum, sed deputantur ad illas etiam Monachi ad nutum Abbatis.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia secularia secularibus, regularia Regularibus conferuntur.
- 2 Beneficia manualia non conferuntur in titulum, sed in administrationem.
- 3 Beneficium seculare per unionem Monasterio Regularium factam, acquirit naturam Regularis.
- 4 Unio ex quibus probetur, ostenditur.
- 5 Monachi S. Benedicti habent facultatem deputandi Curatos amovibiles in Ecclesiis Parochialibus dependentibus.

B b dex-

- dentibus ab eorum Monasteriis, etiam Religiosos Monasterii, & num. 7. & 8.
- Rota reverenter amplectitur Decreta Sacr. Congreg. Concilii, ibi. num. 6.
- 9 Confessio partis est omnium probationum maxima.
- 10 Testes debent reddere rationem scientiæ, quando qualitas super qua deponunt aliter sciri non potuit.
- Beneficii vacatio non datur in manualibus, ibi.
- 12 Testibus in concursu major est adhibenda fides, quorum depositiones scripturis corroborantur.
- 13 Papa non censetur derogare Consuetudini immemorabili, neque juri quasi per Constitutionem præcedentem.
- 14 Constitutio, qua nunquam habuit effectum, nullam vim legis acquirit, & nu. 15. & 18.
- 16 Nemo præsumitur spernere, & voluntariè se illaqueare velle censuris.
- 17 Constitutiones ordinis à Papa confirmatæ, derogant prioribus.
- 19 In collatione Beneficiorum sola idoneitas est spectanda non autem origo.

DECISIO XII.

Revocata ad examen Decisione coram me edita, quo ad instantiam Consilii, seu Universitatis Oppidi de Arredondo sub die 11. Decembris 1682. per contradictas responsum fuerat non licere Abbati Regulari SS. Salvatoris de Ogna nominare in Curatum Parochialis Ecclesiæ ejusdem loci unum ex Monachis sui Monasterii, sed potius teneri ad nominationem Presbyteri Sæcularis, & filii patrimonialis ejusdem loci; hodie informante etiam Abbate, & Monasterio, Dominos meos consuli super viribus præfata resolutionis, qui ex novis facti circumstantiis diversoque Jure inde derivante, ab illa recedendum esse censuerunt.

1. Non enim impugnabatur regula de Jure certissima, quod Beneficia sæcularia Sæcularibus conferantur, regularia verò Regularibus ex dispositione Sac. Concil. Trid. sess. 14. de reformat. cap. 10. & 11. &

ex regula Cancell. 42. seu 43. super quibus primario nititur contraria Decisio: sed in hac hypothese Domini resolverunt illam non applicari, sed versari in casu limitationis, cum non agatur de beneficio habente statum collativum, quod conferatur in titulum, sed de Ecclesia unita mensæ Abbatiali cujus Curatus, seu Cappellanus deputatur ad nutum Abbatis, seu Superiorum amovibilis, quo casu præmissa regula non intrat, quæ solum locum sibi vindicat in Beneficiis conferendis, secus autem in manualibus Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 6. nu. 9. & seq. & n. 63. & 64.

2. Cum hæc sint incapacia, collationis, & ad instar famulatus, & conducti servitii dentur in simplicem, & momentaneam administrationem, cap. cum auct. fisset de constitut. Clement. 1. §. quidam etiam Ecclesiæ de excess. Prælat. Lotter. de re benefic. lib. 1. cap. 28. num. 504. Garz. eodem tractat. part. 1. cap. 2. num. 12. idem Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 2. & sequentibus. Addend. ad Greg. decis. 112. num. 5. Add. ad Pamphil. decis. 686. nu. 6. Rota coram Merlin. decis. 37. nu. 1. & seq. coram Peuting. decis. 135. num. 1. & coram Bich. decis. 421. nu. 3. & in decis. 32. sub num. 10. & decis. 773. à nu. 5. ad 8. par. 19. rec.

3. Quinimò, etsi præfata Regula in hac Beneficii specie admitteretur potius Abbati, & Monachis faveret, cum hujusmodi Beneficium per antedictam unionem Monasterio Regulari factam, naturam, & qualitatem Regularis sortitum fuerit, juxta notata per Glos. in Clement. unica §. quidam etiam verb. ad mensam post med. & circa fin. de excess. Prælat. Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 33. nu. 93. Hoyed. de incompat. part. 1. cap. 15. Quem sane effectum inter præcipuos unionis connumerat P. Murga celebrer in hac materia, & in aliis Doctor. quest. post part. 2. quest. 6. num. 1. & 2. Rot. post eundem decis. 9. sub num. 2. decis. 10. sub nu. 3. & dec. 11. sub nu. 5. & novissime in rec. decis. 773. sub num. 5. & seqq. part. 18. Ideoque in his terminis potius retorqueri, & applicari, quod tale Beneficium, uti Regulare, Regulari conferatur, juxta alterum ejusdem Regulæ partem prout ad rem nostram arguunt Angel.

Angel. *cons.* 247. *per tot.* Novar. *in Summ. Bull. commen.* 66. *sub num.* 25. Rot. *in Pampilonen. Vicaria* 13. Martii 1664. *S. Censuerunt in fin. confirmata cor. Eminentiss. Cerr. dec.* 886. *sub n.* 8. & 9. *inter ejus impress.*

4. Talem autem unionem extinctivam tituli Beneficii cum transmutatione status collativi in merè manualem, licet à parte non controversam, Domini aperte desumebant, tum ex pluribus Decisionibus hujus S. Tribunalis antiquitus in hac causa emanatis super manutentione in possessione deputandi hujus Cappellanum Regularem, vel Presbyterum Sæcularem Abbati pro tempore beneficium, & ad ejus nutum amovibilem de quo sunt binæ decisiones coram bon. mem. Ghislerio *impressæ apud eundem P. Murg. ad constitut. Apost. decis.* 7. & 8. Tum ex sententiis per proprium Ordinarium, ac per R. P. D. Nuncium de annis 1630. & 1632. *in prima, & secunda instantia* hujus præsentis causæ super prædicta unione, necnon deputatione prolatis, & ex antiquiori Sententia in contradictorio Judicio contra Promotorem Fiscalem ab Abbate, & Monasterio usque de anno 1549. obtenta; Necnon ex testibus tunc temporis; & postmodum de anno 1630. in hac eadem causa examinatis de prædicta unione, & Monasterialitate tanquam de re indubitata concludenter, & uniformiter deponentibus. Tum ex perceptione Decimarum, ac onere manutenendi, & restaurandi Ecclesiam ipsi Monasterio injuncto. Tum ex arrendamentis prædictæ Ecclesiæ S. Pelagii uti propriæ, & Monasterialis, ejusque bonorum, & jurium factis ab Abbate de Ogna antiquissimis temporibus scilicet annis 1320. & 1523. ex pluribus Visitationibus ejusdem Ecclesiæ, necnon ex Deputationibus Cappellanorum ad ipsius arbitrium amovibilem cum certo salario ab eodem Abbate tam antiquitus, quam recentius pacificè factis; Tum demum ex Descriptionibus, Catastris, seu ut hispanicè dicitur Apeis Bonorum Monasterii de Ogna sequutis anno 1488. vigore mandati Ordinarii Burgenfis, anno verò 1664. vigore Commissionis Regiæ, in quibus prædicta Ecclesia S. Pelagii uti Monasterialis, & pro-

pria dicti Monasterii de Ogna adnotatur: Ex his autem tanquam ex signis, & probationibus indubitatis qualitatem Monasterialitatis, ac plenariam, & veram unionem concludi testantur P. Murg. *quest. Pastor. par.* 1. *quest.* 2. *divis.* 2. *num.* 14. *cum duob. seqq.* Rot. *cor. Seraph. dec.* 1304. *in fin. & in rec. dec.* 153. *num.* 3. & 4. *dec.* 88. *n.* 11. & 12. *par.* 9. *dec.* 62. *per tot. par.* 15. & *latè in Pampilonen. Vicaria* 13. Martii 1664. *cor. bon. mem. Verospio.*

5. Facultatem verò deputandi in Curatum Monachum, seu quemcumque Presbyterum Sæcularem sibi beneficium ultra assistentiam Juris superius expensam favore Abbatis, & Monasterii, manifestè comprobant duo Decreta Sacræ Congregationis Concilii: Alterum de anno 1638. ad instantiam Benedictinorum Italiæ editum, quo præmissa specialis Dubii disputatione sancitum fuit, contra Episcopum Patavinum itidem informantem, licere Abbatibus Monachos deputare ad ipsorum nutum amovibiles pro servitio Ecclesiarum quomodolibet dependentium à Monasteriis, etiam si Presbyteris Sæcularibus per prius addicta esset Administratio, dummodò cum Socio Ecclesiis præficerent; quod sanè Decretum à fel. mem. Urbano VIII. per Breve speciale datum sub die 6. Septembr. 1638. approbatum extitit; Alterum, & antiquius favore totius Congregationis Benedictinorum Hispaniæ confirmatum à fel. mem. Clemente Octavo usque de anno 1596. quo eadem facultas deputandi Monachum, vel Presbyterum cum eadem conditione impartita fuerat, Quæ sanè Decreta Pontificio placito roborata, sunt absque dubio amplectenda, prout semper, & reverenter monuit hoc Sac. Tribunal, & signanter coram Buratt. *dec.* 479. *num.* 3. & ibi Addend. *sub num.* 20. *cor. Cels. decis.* 5. *num.* 12. *cor. Eminentiss. Otthobon. dec.* 46. *num.* 16.

6. Non refragante quod primum Decretum amputet solum controversiam cum Benedictinis Italiæ, nam, & alterum specialiter quoad Benedictinos Hispaniæ illam removet, & (ultra quod non militat potior ratio pro illis, quam pro istis) ob jurium, ac Privilegiorum communicationem inter Monasteria Congregatio-

nis Hispaniarum, & illa Congregationis Italiae, perinde est, ac si distincte de utraque loqueretur idem Murg. *ad Constit. 4. Gregorii IX. §. 2. num. 18. fol. 34. & ad Constit. 16. §. 2. num. 14. fol. 371. & post. dec. 22. sub §. 1. & in individuo hujus Brevis post dec. 28. n. 3. & 9. referendo Constituti onem Julii II. dixit Tamb. de jur. abbat. tom. 1. disp. 17. quest. 1. num. 6.*

8. Quibus adstipulantur aliae Constitutiones Apostolicae hujusmodi facultatem tribuentes, signanter vero ad favorem Monasterii de Ogna extat illa Sixti IV. de anno 1481. ubi praesupposita hujusmodi consuetudine, & facultate pro indubitata deputandi Monachos proprii Monasterii, disponitur, quod durante quadam clausura tunc ab ipsis Monachis pro reformatione Religionis proposita, liceret Abbati, & Monasterio deputare Presbyterum Saecularem eodem modo ad nutum amovibilem. Generaliter etiam ad favorem totius Religionis Hispaniae adsunt aliae Constitutiones Julii II. & Leonis X. prima de anno 1503. secunda de anno 1515. editae, ubi pariter, praedicta consuetudine indubitanter admittitur, eadem facultas Monachis impartitur cum ampliatione deputandi etiam Regulares alterius Religionis: Viget itidem altera Constitutio B. Pii V. la 47. in Bull. tom. 2. pag. 183. sub §. 5. expressè id ipsum concedens omnibus Monachis quarumcumque Religionum; non obstante quod à Gregorio XIII. fuerit revocata; Nam id processit, ex quo illa exposceret, quod una cum Monacho deputato extra clausura degerent alii quatuor Regulares, ut demonstravit illius revalidatio ab eodem Summo Pontifice Gregorio decreta, cum declaratione, quod unus dumtaxat socius Monacho deputato sufficiat, ut testantur Cherubin. *super eadem Constit. 47. schol. 1. fol. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 3. num. 79. Rot. dec. 88. num. 17. cum duob. seqq. part. 9. recent.*

9. Confluunt in idem quamplures Testium depositiones Immemorabilem consuetudinem, & possessionem Monasterii super hujusmodi facultate concludenter *Summ. Abbatis nu. 15. Mandatum de manutenendo Nuncii Hispaniarum, & hu-*

jus S. Tribunalis de anno 1632. ad ipso Abbate, & Monachis reportatum, cum subsecuta, & pacifica possessione ab inde citra ex supra recensitis sub §. Talem autem unionem &c. Confessio publici, & totius Consilii, ac Universitatis emanata post litis introductionem per viam recognitionis veritatis, ac renunciationis litis Summ. Abbatis num. 16. Alia consimilis confectio per Deputatos ab eadem Universitate emissa in descriptione bonorum Monasterii in vim Regiae Commissionis de anno 1664. quae de per se sufficerent, uti omnium probationum maximae vulgat. cap. per tuas de probat. l. cum te, Cod. de transact. atque in similibus terminis P. Murg. quest. Pastor. par. 2. quest. 7. num. 2.

10. Testes, & ipsi ad instantiam ipsius Communitatis inducti, qui uno ore fatentur vidisse inservire eidem Ecclesiae Monachum Abbati benevisam, & licet affectando eorum dicta contentur asserere, quod tales deputationes fuerunt dumtaxat pro interim, & donec de Patrimoniali Presbytero Ecclesia provideretur: Attamen cum de hujusmodi interimmaria qualitate, nullam prorsus rationem scientiae reddant, puta quod illam in litteris patentibus Monachorum legerint ad contradictionem aliarum litterarum patentium Presbyterorum Saecularium, sed aliam quamcumque certiorum causam, uti testantes de qualitate, quae aliter sciri non potuit, nullam fidem, quoad affectatam restrictivam merentur, *ad theoreticam Bart. in l. solam 3. sub num. 3. versic. sed si deposuit. super eo, quod sententia non percipitur, & num. 14. versic. sed his etiam Bald. & Castrenf. Cod. de Testib. Farinac. eodem tract. quest. 70. num. 6. ubi concordantes Rota coram Buratt. decif. 325. sub num. 4. Rota coram Peuting. dec. 53. num. 3. Ponderando praecipue, quod licet praedicti Testes saepe viderint Monachos amoveri, id tamen non valet inducere scientiam hujusmodi qualitatis interimmariae, cum ob firmatam Beneficii manualitatem, talis mutatio evenerit, quinimmo impropria redduntur eorum testificata, cum Deputationes pro interim asserantur factae durante vacantia Beneficii, quae tamen ex supra firmatis in hac specie Beneficii*

ci non datur, utpotè merè manuali, ut præter adductos in §. *Non enim* firmarunt Cardin. de Luc. *de benefic. discurs.* 97. sub nu. 18. & 19. Rota coram Merlin. *dec.* 37. nu. 2. coram Pamphil. *decis.* 68. nu. 3. ubi *Add. nu.* 6. Et fas sit dicere, prorsus mendacia convincuntur, cum Deputationem P. Martini del Hoyo pro interim factam testentur, quando ex ipsius lectura contrarium depromitur, & omnimodè conformis cæteris Deputationibus legitur, ut in *Summ. Abb.* n. 19. & 20. Aliorum verò Monachorum administratio vigore propriarum Deputationum fuit per tempus considerabile septem, & octo mensium, ac etiam plurium annorum excludens metam interminariam. Quod sanè mendacium de per se solum sufficiens reputatur ad detrahendum in reliquis quamcumque fidem Testibus inductis præstandam, ut in similibus voluit Rota in *dec.* 3. num. 8. *par.* 18. & *decis.* 73. num. 5. & *dec.* 116. nu. 6. *par.* 19. *rec.*

12. Quæ eò magis admittenda veniunt in concursu tot Testium contrarium de directo deponentium, quorum dicta uti fuleita juris assistentia, & uniformia Pontificiis indultis, & publicis documentis superius enunciatis omne veritatis fomentum ad favorem Rei possessoris præbent, ex regula *Text. in cap. cum sunt reg. Jur.* in 6. & *ibi gloss. in figuracione casus*, Rota coram Zarat. *dec.* 23. sub nu. 26. & *seq.* coram Peuting. *dec.* 246. num. 4. & coram Priolo *decis.* 206. nu. 14.

13. Corruere pariter Domini censuerunt secundum decisionis fundamentum innixum Pontificiæ Constitutioni Pii IV. expressè vetanti Monachis Benedictinis Hispaniæ Regulares deputari in Curatos Ecclesiis eorum Monasteriis unitis; Tum ex eo quòd hujusmodi Constitutio nullam præferret mentionem immemorabilis consuetudinis super contrario jure deputandi, vel Monachum, vel Sæcularem ad libitum favore eorundem Benedictorum inductæ, & probatæ, seu centenaria possessionis illis æquipollentis, de quibus in §. *Confluunt &c.* prout neque Constitutionum Apostolicarum supra enunciatarum, ac eandem facultatem tribuentium, ideoque nunquam, neque dictæ consuetudinis, *Monacelli Form. Pars II.*

neque harum Constitutionum derogatoria ceteri debet, ut de immemorabili tradit Gonz. *ad reg.* 8. *gloss.* 33. nu. 2. Gratian. *disceptat. for. cap.* 578. nu. 10. Rot. *dec.* 614. nu. 1. *par.* 2. & *dec.* 286. nu. 1. *par.* 4. Et de Constitutionibus præcedentibus Rota coram Duran. *dec.* 83. nu. 16. coram Dunozet. Jun. *dec.* 131. à nu. 2. & 4. & *decis.* 32. nu. 23. *par.* 10. *rec.*

14. Tum, & evidenter ex eo, quòd illa non doceatur in ulla sui parte effectuatæ, & consequenter uti destituta omni vi, & effectui nullam vim legis acquirere potuit, ut distinguendo tradiderunt Felin. in *cap. 1. sub nu.* 13. *vers.* *Nihilominus de Treg. & Pace*, Vermigliol. *conf.* 355. nu. 8. Rota *dec.* 628. nu. 16. *par.* 18. *recent.*

Ineffectuatio quoad omnia in illa contenta, colligitur, cum eligendi forma primo præscripta super electione Generalis Congregationis, quod scilicet Abbas fixus Monasterii Vallisolitani cæteris præferatur, certum sit, & notorium non servari, sed Capitulum Generale elegit, & eligit liberè in Generalem prædictum quemcumque Monachum sibi benevisum, juxta litteralem dispositionem Constitutionum ejusdem Congregationis, post dictam Bullam Pianam editarum, confirmatarum à san. mem. Paulo V. cum expressa derogatione quibuscumque Constitutionibus, & exhibitarum in *Summ. Abbatis sub num.* 22.

15. Unio verò, secundò injuncta, Prioratum, seu Monasteriorum minoris redditus Generali, ac aliis Executoribus commissa, itidem ineffectuata remanet, cum neque Executorum deputatio ad id peragendum ostendatur. Prohibitio demum tertio demandata inserviendi Ecclesiis unitis per Regulares sub pœnis Exequutoribus benè visis tantum abest, quod effectuatæ, & ad actum redacta doceatur, quia potius contrarium evidenter apparet, ex quo nec constat de deputatione hujusmodi Executorum, seu Commissariorum, & pro parte Abbatis de contraria continuata usque in præsens observantia etiam immemorabili ex depositionibus Testium, & deputationibus Regularium ab inde citrà subsecutis in vim præcedentium, & posteriorum Constitutionum su-

pra memoratarum absque comminatae pē-
næ luitione ad oculum fuerit demonstratū,
licet pro omnimoda Bullæ inobservantia,
non usus quoad unam partem sufficiat,
Rota coram Carillo decis. 155. sub n.
5. cor. Bichio dec. 133. n. 21. cum ibi congest.

16. Accedit pro totali ineffectu atione
nimia inverisimilitudo, quod tot gravissimi
Viri, ac Superiores hujusce Congregationis
dispositionem Pontificiam voluissent eludere,
& illam spernendo excommunicationis,
& censurarum vinculis semetipfos innodari,
quam sanè præsumptionem in perspicua animi
qualitate omnia Jura abhorrent adnotata per
Berou. conf. 92. nu. 2. lib. 1. Vermil. conf. 225.
num. 6. & 275. nu. 14. Rot. decis. 106. sub
nu. 7. par. 2. rec.

17. Et demùm tollitur omnis difficultas
ex Constitutionibus dict. Congregationis
compilatis de anno 1610. in quibus
cap. 57. hujusmodi usus, & facultas deputandi
Monachos pro servitio Ecclesiarum unitarum
curam animarum habentium, vel in Prioratus,
& Grancias erectarum ex causa necessaria
præsupponitur cum præscriptione certæ formæ
in similibus deputationibus Monachorum
servandæ *Summario Abbatis nu. 22. litt. G. Quæ*
cum confirmatæ fuerint à san. mem. Paulo
Quinto sub expresso mandato, quod nullæ
aliæ leges, præter in eisdem Constitutionibus
præscriptas, esset in posterum servandæ,
& cum derogatione quibuscumque Statutis,
Indultis & Litteris etiam Apostolicis
contrarium disponentibus, utique non solum
dict. usum, & consuetudinem immemorabilem,
ut supra probatam confirmant, sed tollunt
quodcumque obstaculum, quod posset deduci
ex dicta Pii IV. vel alia præcedenti Constitutione.

18. Nec obesset visum fuit, quod allegata
Constitutio B. Pii V. & relatæ Confirmationes
Apostolicæ Clementis VIII. & Urbani VIII.
Decretorum Sac. Congregationis Concilii,
uti nullam præferentes mentionem Litterarum
Pii IV. licet posteriores, non censeantur
istius Derogatoriæ; nam præterquod idem
argumentum retorquetur, cum Piana Constitutio
nec ullam mentionem faciat de an-

tiquioribus privilegiis Sixti IV. Julii II.
Leonis X. quæ liberam facultatem, & consuetudinem
deputandi Monachum canonizant, Ideoque si hæc
illi non derogent, nec illa antiquioribus derogare
potuit, ut uno, eodemque Jure metiantur ad
tradita per Rotam decis. 60. sub nu. 6. par. 15.
& decis. 227. sub num. 11. par. 19. recen.
semper remanet inevitabilis responsio, quod de
illa uti inobservata, nulla est habenda ratio,
tandem de actu ineffectuato, ut præter supra
allegata decidit Text. in cap. non præstat de reg. Jur. in 6. Rota
decis. 260. nu. 5. & 6. par. 5. recen. cum ibi
allegatis.

19. Firmata itaque penes Abbatem, & Monasterium
facultate deputandi Monachum Regularem in
Curatum Ecclesiæ Oppidi de Arredondo, sublata
fortius remanet illatio in contraria decisione
deducta, Quod Abbas teneatur nominare Presbyterum
Sæcularem, & filium Patrimonialem ejusdem loci,
cum tamen non minus corrueret quando etiam
admitteretur non subsistere dict. facultatem, ex
quo non est bona consequentia, non potest
deputare Monachum, ergo tenetur deputare
Presbyterum Sæcularem, qui sit filius Patrimonialis
loci de Arredondo; Adhuc enim esset in potestate
Abbatis vel hunc, vel Exterum deputare, nam in
collatione Beneficiorum sola idoneitas, non autem
origo spectatur, cum apud Deum non detur
exceptio personarum, Text. est clarus in cap. ad
Decorem 6. de Instit. ubi Innocentius Tertius
improbat conventiones factas: ut Canonicatus,
& Beneficia Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericis
non nisi certæ Nationis conferantur ipsumque
Patriarcham acriter repræhendit, & arguit
quem etiam postea in litteris specialibus
absolvit à conventionibus factis, & Juramento
pro illis absolvendis præstito, ut refert
Gonz. in eodem cap. ad decorem de Instit. &
tradit latè Mandos. conf. 35. sub nu. 21. vers.
Imò non est absolutè verum cum seq. Garz. de
benef. p. 7. cap. 9. nu. 4. Mastobr. in prax. hab.
concurf. præ. ud. 7. dub. 21. nu. 36. Castropal.
oper. Moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 9.
nu. 2. Rota decis. 63. sub nu. 3. vers. & facit
part. 1. & decis. 29. nu. 2. ubi in specie de
Rectoribus part. 2. rec.

Neque

Neque obligatio prætenſa deputandi Patrimoniale ex teſtibus ab Uniuerſitate adductis probatur, prout ſupra expenſum fuit; Imò de contrario conſtat ex Deputationibus exhibitis pro parte Abbatis, in quibus tantùm abeſt adminiſtrationem Eccleſiæ S. Pelagii Patrimoniale loci de Arredondo fuiſſe conceſſam, quod ut plurimum vel Monachi, vel Presbyteri extranei à loco de Arredondo pro illa, fuerunt deputati *Summario Abbatis nu. 20.* & ſi aliquando Patrimonialis electus fuit, id evenit ſub expreſſa conditione, & Jura-mento, quod non cenſeretur deputatus ex quo eſſet Patrimonialis *Summario ejuſdem num. 26.* ex quibus facultas prædicta Abbatis de Ognæ convalidatur, & Jus ab Uniuerſitate prætenſum penitus deſtruitur.

Et ita utraque Parte audita reſponſum fuit, &c.

R. P. D. BENINCASA

Romana Quindenniorum.
Veneris 13. Martii 1689.

ARGUMENTUM.

Emphyteuſi translata ad manus mortuas, dentur Domino directo de æquitate Quindennia ſingulis quindecim annis, etiam nulla facta conventionione. Melioramenta non augent laudemium.

SUMMARIUM.

- 1 Quindennium debetur loco laudemii Domino directo ſingulis quindecim annis ob tranſitum Emphyteuſis in manus mortuas.
Quindennia ſunt ſolvenda juxta antiquum rei valorem, nulla habita ratione melioramentorum, ibi.
- 2 Quindennium nihil aliud eſt, quam ipſum laudemium determinato tempore decimi quinti anni ſolvendum, quamvis non conventum.
- 3 Laudemium non augetur, ſi ſiant melioramenta.
- 4 Fictio in caſu ficto operatur quantum veritas in caſu vero.

5 Ubi militat eadem ratio, militare debet eadem juris diſpoſitio.

6 Fictio legis, non admittitur ultra caſus expreſſos.
Laudemii ſolutio faciendæ eſt juxta loci conſuetudinem, ibi.

7 Nemo debet cum aliena jactura locupletari.

8 Utilius habere pro Emphyteuſi Quindennium, quam erigere laudemium.

9 Melioramenta facta in re ſacra, & religioſa non cedunt ſolo.
Monafterium auctoritate Ordinaria erectum in fundo Emphyteutico, non cedit ſolo, ibi.

DECISIO XIII.

Postquam ſub die 6. Junii 1687. reſolutum fuit conſtare de bono jure Capituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim ad effectum manutentionis in exigendis quindenniis ſibi debitis, pro quadam Domo Emphyteutica à Monialibus Beatæ Virginis ſeptem dolorum, titulo emptionis modo poſſeſſa, eademque quindennia regulanda fore ſecundum valorem ipſius domus de tempore, quo empta fuerat, non autem juxta ſtatum præſentem ex nova Fabrica Monafterii, & Eccleſiæ totaliter mutatum, & pluribus melioramentis adauctum, diſputatum hodiè fuit: An ſtandum, vel recedendum eſſet à deciſis, & DD. inhærentes fundamentis præteritæ reſolutionis pro illius confirmatione, ſteterunt rejectis novis objectionibus in contrarium excitatis.

1. Præmiſſo ſiquidem, quod quindennia in jure penitus ignota ſucceſſerint loco laudemii, quod ex quadam æquitate à præxi fingitur decimo quinto deberi quolibet anno Domino directo, quia aliàs nullam haberet ſpem devolutionis ob tranſitum Emphyteuſis in manibus mortuis, *Ricc. in prax. reſolut. 633. par. 1. per tot. Rot. coram Coccino deciſ. 233. num. 15. & coram Cerro deciſ. 2. num. 12. uſque ad 21. & deciſ. 192. n. 4. p. 19. rec. ſicuti, ubi non proceditur per viam novæ Inveſtituræ favore diverſæ perſonæ, ſed potiùs ſimplicis renovationis in perſonam Emphyteutæ ſemel inveſtitæ quando laudemium debetur, ſolvendum eſt*

Bb 4 jux-

uxtà Taxam in prima acquisitione conventam, non consideratis melioramentis rei Emphyteuticæ, ex firmatis per Rotam coram Ottobon dec. 183. nu. 6. & seq. cùm aliis ibidem adductis, sic etiam quindenniales præsentationes ad ejus normam, & ab eadem persona solvendæ regulari debent, juxtà antiquum rei valorem, nulla habita ratione Emponematum, ex quibus hoc medio tempore ejusdem incrementum derivat. Nam eadem in æquiparatis militat ratio, & subrogatus naturam induit ejus, in cujus locum subrogatur, l. Pomponius 13. §. Cùm quis ff. de acquir. possess. Oldrad. conf. 224. n. 25. Rot. dec. 44. n. 16. p. 8.

Nec attendi meretur, quod applicabilis non sit casui regula propofita, vel quia nec laudemium, nec quindennia fuerint unquam taxata post acquisitionem domum Monialibus, vel quia non versetur in terminis simplicis renovationis, sed veræ novæ investituræ, dùm controversa Domus per dictam Ducissam de latere Monialium Austricem olim empta, usque ad obitum possessa, novissimè solum ad manus mortuas Monialium pervenit, & non nisi postquam conversa fuit, in Monasterium, & adaucta enunciatis melioramentis.

2. Quoniam frustrà quæritur de speciali conventionione quantitatis quindenniorum dùm ea nihil aliud sunt, quam ipsum laudemium determinato tempore decimi quinti cujuslibet anni solven. Niger. de laudem. par. 12. art. 3. nu. 145. Rot. dec. 474. n. 18. p. 9. sicuti autem laudemium seclusa contraria consuetudine suam habet mensuram à l. final. §. ne avaritia, C. de Jur. Emphyt. sic etiam quindennium, absque eo quod opus sit aliqua conventionione; cùm ipso laudemio commensuratur, Rot. decis. 40. nu. 30. par. 7. & dec. 280. n. 4. par. 1. & coram Cerro, dec. 2. nu. 134.

3. Quod autem in casu nostro extranei sint termini novæ Investituræ patet ex ipso Instrumento emptionis Domus de qua agitur à Ducissa acquirete pro ipsismet Monialibus, & ad earum favore solummodò stipulato, accedente etiam ipsius Capituli consensu Summario num. 7. Quamob rem non solum ex facto cessat objectum, & convincitur, quod possessio usque ab obitum non fuerit penès Ducissam,

nec quod ad Moniales pervenerit, existentibus jam melioramentis ab ea factis, sed in necessariam sequelam velit, quod nullum pro eis debeatur augmentum quindennii, sicut non augetur laudemium, quod ab ipso meliorante perfolvitur, Brun. conf. 44. nu. 12. & sequentibus. Soccin. Jun. conf. 70. nu. 2. lib. 3. Amad. à Ponte de laudem. par. 13. nu. 1. & 2. cùm aliis congestis in decis. 90. post Salgad. de labyrint. credit. nu. 4.

4. Neque ex eo quia loco laudemii, quod in qualibet nova Investitura solven. esset, successerint quindennia, cum supposito quod Bona Emphyteutica si pensis privatam personam existerent de 15. in quindecim Annos alienari possent dici meretur, quod cum in casu veræ alienationis regulariter quindennium habitum etiam ratione melioramentorum exinde eveniat, quod eodem modo commensurari debeat in casu suppositæ alienationis ut fictio in casu ficto operetur, quod veritas in casu vero, l. 1. §. hoc autem Sen. Conf. ff. ad Sen. Consult. Trebell. Dec. conf. 1. nu. 150. lib. 1. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloss. 51. nu. 28.

5. Nam ultrà quod Emphyteusis in manus mortuas transivit, apud quas perpetuò duratura est, nulla prorsus fingi valet nova Investitura, nisi in personam ejusdem Emphyteutæ, quo casu, cum pro melioramentis laudemium non augetur, ut dictum fuit: Ità nec quindennia, ut eadem militet Juris dispositio, ubi eadem ratio procedit l. his solis Cod. de renovand. donat. Rota decis. 84. nu. 4. part. 4. & dec. 348. nu. 13. par. 17.

6. Responsum etiam fuit, quod quamvis ex fictione æquitativa, consuetudine inducta singulis 15. annis ex supposita alienatione oriatur favore Domini directi Jus novæ investituræ, & exactionis laudemii non tamen probatur in jure dispositum, aut ab eadem consuetudine inductum, quod illud etiam debitum sit pro melioramentis ipsius rei Emphyteuticæ, cujus nova fingitur Investitura, & tritum est quod fictio legis tanquam jus singulare ultra casus expressos non admittitur, l. 2. §. Codicill. ubi Bald. ff. de Jur. Codicill. l. 1. singulare, ff. sicut. per. Giovagnon. conf. 73. nu. 64.

n. 64. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 8. tit. 2. lib. 13. n. 7. Ricc. decis. 102. n. 16. præcipue in hac materia laudemii, in qua consuetudo præcisè observanda venit, eo modo, & forma, quia fuit introducta Soccin. Jun. conf. 70. n. 73. & seq. lib. 3. Gratian. discept. 377. n. 19. Fulgen. de Jur. Emphyt. tit. de laudem. par. 15. n. 2.

7. Movere tandem non potuit DD. exaggeratum præjudicium, quod resultare videtur in hoc casu Domino directo, qui si fundum Emphyteuticum in manus mortuas distrahi non promississet, potuisset semper à novo Emphyteuta laudemium etiam exposcere ratione Empo-nematum, prout præcisè exactum fuit pro aliis similibus fundis ab eodem Capitulo, cujus jactura non debent Moniales locupletari eodem textu in cap. unico, §. sed duorum de alienat. in fund. Innocent. in cap. secundum Canoniam n. 3023. qu. 8.

8. Etenim cum evenire posset, ut quomodolibet decimoquinto anno non solum non augeatur, sed fortasse diminutus remaneat valor rei Emphyteuticæ, etiam ex causa inordinata; Major fortasse resultat utilitas Domino directo ex invariabili taxa semel firmata, quam si determinato tempore esset renovanda, ut ad propositum notat Papon. in collect. arrest. lib. 1. tit. 14. arrest. 4. per tot. Unde hoc etiam praticari solet in quindenniis Cameræ Apostolicæ debitæ, à quibus usus processit quindennium hujusmodi solutionum, Cassador. ad reg. Cancell. decis. 19. n. 60. Urfell. concl. 100. n. 20. Niger. de laudem. par. 12. art. 3. n. 219. Rot. dec. 198. n. 4. part. 19.

9. Cæterum omnis tollitur dubietas in præfenti hypothesi, si consideretur, quod melioramenta, de quibus agitur tanquam Sacra, & Religiosa, cum cedere nequeant solo, nunquam favore Domini directi resolvi possunt; Unde quo ad ea frustranea remanet quæstio tam laudemii, quam quindennii, ut latius dictum fuit in decisione, quæ revidetur, quod non solum intelligendum est de Ecclesia, ut à Capitulo non controvertitur, sed etiam de toto Monasterio auctoritate ordinaria erecto, Calderin. conf. 5. de Religios. Dom. Gizzarel. decis. 37. n. 3. & sequitur Rota dec. 398. n. 6. par. 4. tom. 1.

Et ita approbando in reliquis præteritam decisionem responsum fuit utraque &c. & omnibus DD. suffragantibus.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Mediolan. Nullitatis Professionis.
Ven. 3. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Professio emissa ante legitimam ætatem, non ratificatur per annalem habitus gestationem, nec per exercitium actuum professorum, data probabili ignorantia nullitatis præcedentis professionis.

SUMMARIUM.

1 Professio emissa ante legitimam ætatem præscriptam à Concilio, est irrita, & nulla.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii, tollit obstaculum agendi de nullitate, ibi.

3 Monachus gestans per annum habitum indistinctum Religionis, & exercens actus solis Professis spectantes, censetur tacite professionem nullam ratificasse, tametsi ignoraverit nullitatem præcedentis professionis.

4 Monachus quoties ex justa, & probabili causa habuit ignorantiam nullitatis suæ professionis expressæ, permanendo in Religione, non dicitur illam tacite ratificare, & probatur rationibus à n. 5. & seqq. per tot. & in 2. dec. coram eodem, ibi.

DECISIO XIV.

Pater Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in sæculo nuncupatus, qui, licet natus die 7. Martii 1663. nihilominus in libro Baptismatum ex incuria Parochi descriptus fuit, natus sub die 7. Martii 1662. & cum fide Baptismatis, desumpta ex hac erronea descriptione, tanquam existens supra decimum sextum suæ ætatis annum, sub die 13. Martii 1678. professionem Regularem emisit in Congregatione Olivetana. Comperto, occasione perquirendi nova fidem Baptismatis

matis ad effectum suscipiendi Ordines, anno 1684. huiusmodi errore, prævia licentia Patris Generalis, instituit iudicium super nullitate suæ professionis coram Vicario Generali Eminentissimi tunc temporis Archiepiscopi Mediolanen. & Superiore Ordines, obtinuitque sententiam favorabilem, in cuius sequelam discessit à Claustis, ac publicè, & palam gestare coepit habitum sæcularem. Verùm delata Causa in gradu appellationis, sive recursus ad Sac. Congregationem Eminentissimorum S. Concilii Tridentini Interpretum, Eminentissimi PP. animadvertentes, quod ipse per spatium quinque annorum, & ultrà post emissam expressè professionem in Religione permanerat, quodque per consequens ex Decreto ejusdem Concil. *sess. 25. de Regul. c. 19.* admitti non potuerat ad reclamandum contra illam, non obtenta priùs restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, circumscripterunt præfatam sententiam, ulteriusque injunxerunt Ordinario, ut eum juris remediis cogeret ad redeundum ad Monasterium, ac reassumendum habitum Regularem. Reassumptio itaque per ipsum ea, qua decuit promptitudine, habitu monastico, propofita fuit in eadem Sacra Congregatione Causa super restitutione in integrum, & sub die 10. Maii 1687. recedendo à geminis contrariis resolutionibus, rescriptum decernendam illi restitutionem, deindè per speciale Breve S. mem. Innocentii XI. confirmatam, hac tamen lege, quod Causa super nullitate Professionis discuti deberet in ipsamet S. Congregatione. Cum autem assumpta per Eminentissimos Patres huiusmodi discussione, sub die 10. Aprilis 1688. responsum fuerit. *Constare de nullitate, & referendum Sanctissimo*, ac relatione facta Sanctissimo, deque illius præcepto reposita Causa sub die 30. Aprilis 1689. sigillatim vocatis omnibus ejusdem Sacra Congregationis Cardinalibus, nulla, ob scissuram votorum, capi potuerit resolutio, in hoc rerum statu placuit Sanctissimo Domino Nostro Papæ Alexandro VIII. ob gravitatem simul, & exemplaritatem materiæ, mandare Eminentissimo ipsis Sacra Congregationis Præfecto, ut desuper exqui-

reret Votum totius Rotæ; Undè communicato mihi de more mandato Sanctissimi, proposui hodie Dubium *An constet de nullitate Professionis?* Et Domini maturè discussis fundamentis, hinc inde deductis: affirmativè responderunt.

2. Nullitas enim Professionis resultat ex serie facti superiùs recensiti, juxta quam constat, quod Joannes Thomas natus die 17. Martii 1663. cum erronea fide Baptismatis, putans se natum die 7. Martii 1662. professionem emisit sub die 13. Martii 1678. & sic in ætate quindecim annorum & paucorum dierum contra Decretum Sac. Concilii Tridentini. *sess. 25. de regul. cap. 15.* disponens, quod nemo admittatur ad Regularem Professionem faciendam, non completo decimo sexto ætatis anno, ac declarans nullas, & irritas quascumque Professiones antea peractas, ut plenè notat Barbof. *ibidem n. 1. & de potest. Episc. allegat. 100. n. 3. & seqq. Navar. conf. 23. n. 1. de Regular. lib. 3. Ad den. ad Pamphil. decis. 552. n. 8.* nec hodie amplius agendum de quinquennali perseverantia, seu acquiescentia Monachi in Religione, stante præfata restitutione in integrum, per quam ipse repositus fuit in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquennium non fuisset elapsum, ut tradit Ad den. ad Bellarm. *in not. ad Concil. Tridentini. sess. 25. de Regular. cap. 19.* Rotæ *dec. 705. n. 6. in fin. p. 2. rec. & dec. 25. n. 2. coram Arguelles.*

3. Non obstat igitur unicum obiectum in quo versatur tota vis hodiernæ disputationis, quod videlicet Monachus per annualem gestationem habitus indistincti, & exercitum actuum ad Professos spectantium, censeatur emisisse novam tacitam Professionem, seu ratificationem productivam novæ obligationis permanenti in Religione, tamen si alias ignoravit nullitatem præcedentis Professionis expressè, ut latissimè tradit Fagnan. *in cap. significatum ex num. 19. usque ad finem de Regular. & tenent Spad. conf. 94. lib. 3. Barbof. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 104. n. 19. Ventrigl. tom. 1. annor. 47. §. anteo mon. 30. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 63. n. 3. Dian. resol. moral. p. 6. tract. 7. resol. 36. in fin. Hurtad. de resid. tom. 2. lib. 2. resol. 8. sub*

sub resolut. 5. num. 43. Pignatell. consultat. canon. 88. num. 5. & consult. 126. n. 53. lib. 1. Panimoll. decis. 29. adnot. 3. num. 3. Adde. ad Rot. decis. 179. num. 8. p. 4. recent. Rot. decis. 39. num. 15. & decis. 178. n. 24. coram Carillo, ac pluries resolvisse videtur Sacra Congregatio Concilii ut in Romana, seu Sorana 28. Maii 1578. in Nullius 13. Januarii 1583. in Romana 13. Januarii 1618. in Neapolit. 3. Aprilis 1621. & in Carinen. 14. Decemb. 1624. cujus Sacri. Congregationis resolutiones vive vocis oraculo laudavit, & approbavit san. mem. Urban. VIII. ut testatur bon. mem. Cardinalis Paulutius tunc ipsius Sacræ Congregationis à secretis in ejus voto, recensito in libereculo particulariter dato.

4. Siquidem quoties ex parte Monachi concurrir iusta, & probabilis ignorantia Nullitatis præcedentis ejus professionis, & signanter, ut hic, orta ex erroneitate fidei Baptismatis, quæ quocumque etiam sagaces viros decipere valuisset, verior omnino visa est Dominis contraria sententia, nempe non dari hanc tacitam professionem, seu ratificationem, prout etiam magis communiter firmant Doctores, tam Theologi, quàm Juristæ, & inter primos Cajetan. in Div. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 5. Rodriguez part. 2. summ. cap. 8. n. 5. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 7. & lib. 2. disp. 36. n. 3. lib. 7. disp. 37. n. 59. Bonacina quæst. 2. de claus. part. 10. difficult. 1. num. 3. Suarez de Religion. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 3. Laym. lib. 4. tract. 5. cap. 5. n. 9. Less. de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 60. Castropal. tom. 3. tract. 16. disput. 2. punct. 5. num. 3. Portell. dub. Regular. verb. Professionum. 5. Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 30. conclus. unic. Coton. controvers. lib. 4. controvers. 4. cap. 2. num. 6. à S. Faust. lib. 3. quæst. 261. num. 1. Peiryn. de Prælat. quæst. 3. cap. 1. num. 144. Bordon. controvers. 32. de ratificat. profess. num. 19. Sancterell. variar. resolut. 48. num. 40. Scroff. resolut. moral. quæst. 8. Casaling. de privil. Regul. tract. 4. cap. 6. proposit. 7. Reclamatio, Pistach. de vot. tom. 1. tract. 5. cap. 4. num. 6. Donat. rer. regul. tom. 2. tract. 8. quæst. 5. num. 2.

5. Ex secundis Navar. cons. 23. n. 2.

consil. 31. num. 4. consil. 89. num. 5. vers. septimo professio de Regul. lib. 3. & in comment. 4. c. statumimus de Regul. lib. 3. & in manual. cap. 12. num. 7. Zeol. lib. 3. Decret. tit. 31. num. 39. Zipæus in Analytic. Jur. Pontific. lib. 3. de Regular. num. 25. Pirhing. in Decret. lib. 3. tit. 31. section. 9. num. 149. Spad. consil. 93. num. 13. lib. 3. Vermigl. consil. 484. num. 14. Altograd. 63. num. 67. lib. 2. disceptat. 440. num. 22. Ciarlin. controvers. 108. num. 61. Ciriac. controvers. 371. n. 23. & seqq. Pasqualig. quæst. moral. Jurid. 22. num. 6. & quæst. 35. num. 6. Dulphin. controvers. 238. num. 3. & seqq. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 17. num. 5. & quæst. 23. n. 4. Capon. controver. 14. n. 22. & ibi Episc. Brun. in suo vot. num. 28. & in addit. n. 20. Avendan. de met. lib. 2. cap. 10. num. 40. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 3. de Regular. cap. 5. num. 22. Sperell. decis. 8. num. 30. tom. 1. Camerat. respons. decis. 1. num. 107. Tondut. resolut. benefic. lib. 1. cap. 78. n. 10. Passerin. de stat. homin. tom. 3. quæst. 180. art. 10. in spect. 8. num. 375. sequentibus. Card. de Luca de regul. disc. 40. sub n. 19. disc. 42. num. 4. & disc. 43. num. 14. ac sæpius probavit Rota ut in decis. 370. n. 10. part. 9. decis. 116. num. 26. & decis. 134. num. 7. & 8. part. 14. recentior. decis. 421. num. 8. coram Royas decis. 277. n. 12. coram Ubald. decis. 227. n. 23. coram Priol. Et ingenue fassus fuit ipse Fagnanus aliàs acerrimus vindex contrariæ opinionis, illam suis temporibus fuisse auctoritatibus ferè destitutam, ut in dicto cap. significatum n. 42. versicul. atque ex his omnibus.

6. Prævaluit autem apud Dominos hæc sententia ex tribus potissimum fundamentis, Primò scilicet, quia omnes textus de materia professionis agentes, in casu præexistentis professionis expressè nullæ, loquuntur de illius ratihabitione, seu ratificatione, non autem de nova tacita professione, seu ratificatione independenti à professione expressa, ut videre est in cap. significatum 11. de Regular. ibi. Post decimum quartum professionem à se prius factam ratam habuerit, in cap. cum Virum 12. eodem tit. ibi -- Præsertim si ratihabitione secuta quod antea gestum fuerat, roboratur in cap. sicut tenor 15. eodem tit.

tit. in argum. ibi -- *Furiosus profitendo non obligatur nisi factus sanæ mentis ratum habuerit*, in cap. 1. in fin. de his, quæ vi, met. causa, ibi -- *Si probatum fuerit non timore mortis præfatam mulierem Religionem intrasse, aut quod fecit postmodum ratum habuisse, & plenè, ac magistraliter in cap. 1. de Regul. in 6. in quo summus Pontifex recenset quinque modo profitendi, primum scilicet per viam expressæ professionis, ibi -- Nisi eo completo professionem faciat in sequenti, secundum per viam susceptionis habitus professorum, ibi -- Vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus consuevit, Tertium per viam expressæ ratificationis antecedentis professionis nullæ, ibi -- Seù professionem à se prius factam ratam expressè habeat. Quartum, per viam delationis annalis habitus indistincti, ibi -- Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanserit, ubi Professorum, & Novitiorum sunt habitus indistincti professionem per hoc fecisse. Quintum denique, qui pertinet ad rem nostram per viam tacitæ ratificationis expressæ professionis nullæ, ibi -- Vel si quamprimum fecerat ratam habuisse videtur. Undè nostrum non est asserere, seù superaddere novam tacitam professione, seù ratificationem fundatam in solis actibus professorum gestis, absque scientia Nullitatis prioris professionis expressæ, juxtà illud quod lex non dicit, neque nos dicere debemus ad Text. in cap. is, qui, ibi -- Cum id non sit expressum in jure, & in leg. dissentientis, C. de repub. ibi -- Nulla præcessit juris Constitutio.*

7. Secundò, quia ad inducendam hujusmodi tacitam professionem, seù ratificationem requiritur consensus profitentis, cap. significatum, cap. sicut tenor, & cap. consulti de regular. isque debet esse omnino certus, & liber, nam agitur de subjiciendo professum novæ obligationi, contra quam in dubio fieri semper debet interpretatio, l. Arianus ff. de obligat. & act. l. quidquid astringendæ, ff. de verb. obligat. Undè cum professus ignoret nullitatem suæ professionis, nullo pacto dici potest præbere consensum alteri professioni tacitæ, nam voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Aristotel. lib. 3. de anim.

comment. 39. nec quidquam magis contrarium est consensui, quam ignorantia, vel error, l. si per errorem ff. de jurisdicti. omni. jud. l. non idcirco, Cod. de Jur. & Facti. ignor. Tantoque certius, quia de jure professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat, ac per consequens tanquam semel validè professus, non tanquam iterum professurus, & adimplendam obligationem jam contractam, non autem ad novam contrahendam, ut communiter advertunt Doctores supra allegati.

8. Tertiò quia si præcedens expressa professio substineretur de jure, nemo plenè diceret, gestationem habitus professorum, & alios hujusmodi subsequentes actus fuisse ex parte Professi directos, & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam professionem, seù ratificationem, siquidem frustra inducitur tacitum, ubi reperitur expressum, ut tradit Bald. in l. cum multa, Cod. de donat. ant. nupt. Aretin. in l. 3. ff. de legat. 1. in his terminis Navar. conf. 89. n. 4. de Reg. Undè eodem modo dicendum in casu, quo prout hic, præcedens expressa professio non substinetur de jure, neque iste Juris defectus devenit ad notitiam professi, nam eadem semper, & ubique mens est, & intentio profitentis, quæ proinde neutro casu, diverso jure censeferi debet, ad text. in l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupil. Rota in Vuerbien. seu Balneoregien. successionis 4. Martii 1689. §. Secunda cor. mem. Imo quemadmodum postperactam professionem expressam licet irritam, & nullam, dari non potest casus, quod emittatur nova professio expressa, saltem juxtà sensum, & opinionem professi, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis ejus professionis, simili modo, nec dari potest casus tacitæ professioni, seù ratificationis, ne contingat, plus per tacita mentis operationem fieri, quam potest fieri per expressam, contra regulam Text. in cap. scienti de regul. jur. in 6. de qua per Barbof. axiom. 89. n. 2.

9. Nec admodum visa sunt urgere fundamenta contrariorum sententiarum, non enim relevat, quod duo reperiantur in Jure distincti modi profitendi, expressæ scilicet, & tacitæ, quodque professus in actu

actu suæ oblationis, seu promissionis factæ coram Deo, censeatur utrique sese allegasse, juxta regulam præsumptæ conformationis agentis cum Juribus loquentibus de eo, quod agit. Quoniam id locum habet in suis terminis habilibus, nempe in casu, quo non præcessit expressa Professio nulla, aut si præcessit, professus novit ejus nullitatem, secus autem in casu, quo prout hic, Monachus fuit expressè professus, & ignarus nullitatis suæ professionis, nam, cum ex præfatis nullo Jure cautum sit, quod in his terminis detur tacita professio, seu ratificatio, quodque plus est, illa ex defectu voluntatis, sive consensus dari non possit, nihil desuper operari valeat præsumptio conformationis, quæ non procedit ultra terminos, sive casus de quibus jura loquuntur, ut in terminis Statuti tradit Andreol. *controv.* 248. n. 8. Rota dec. 1553. n. 9. coram Pen. & in *Æfina Immissio- nis, & divisionis* 26. Junii 1682. §. Statutum *Æfisi* coram bon. mem. Pauluccio.

10. Minus officit, quod non omnis ignorantia faciat involuntarium, sed dumtaxat ignorantia illius rei, quam homo nollet, si sciret, quæ à Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus rei, quam quis vellet, etiam si sciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quasi; quod Monachus postquam per actum professionis explicavit propositum inserviendi Deo in Religione, censeatur in illo perseverare, cum voluntatis mutatio non præsumatur, præsertim quoties, ut hic, agitur de meliori bono profitentis. Quoniam ad effectum hujusmodi tacitæ professionis, seu ratificationis non sufficit tollere involuntarium, sed necesse est ponere voluntarium, ut inquit Passerin. *de Stat. homin.* tom. 3. *quæst.* 189. *artic.* 10. *inspect.* 8. num. 375. Suarez *de Religion.* tom. 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 21. aliud est enim credere professionem validam, & illam exequi tanquam talem, aliud verò ipsam emittere, seu ratificare de novo; Nam actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exequendi licet admittam habeat voluntatem, hæc tamen non respicit professionem, sed ejus sequelam; actus autem profitendi, seu ratificandi de novo omni-

modo pertinet ad voluntatem, & dicit novum propositum, sive consensum, quo quis nunc ex integro vult, vel denuò vult, quod olim voluit, ut egregie distinguit Cajetan. *in Div. Thom.* 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 5. undè cum pro hac tacita professione, seu ratificatione, requiratur novus consensus, & nova voluntas, in nihilo suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis, ut tradit Suar. *loc. sup. cit.* n. 3. Tambur. *de jur. Abbat.* tom. 3. *disp.* 6. q. 17. n. 1. Præterea nec absolute videtur defendendum hujusmodi præsumptioni ad effectum de quo agitur, imponendi Professio perpetuum jugum religiosæ servitutis, cum in rei veritate sciri non possit, quid tractu temporis acciderit Professo, quod ipsi suadere voluisset egressum à Religione, si nullitatem ejus professionis scivisset, ut bene observat Passerin. *ubi supra* n. 383.

11. Denique non refragantur resolutiones, ac Decreta Sacr. Congregationis Concilii, ut præfertur, Apostolico oraculo roborata. Quia omnia loquuntur in terminis restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, & signanter in casu, quo vel ignorantia versabatur in facto proprio, contra quam militat juris præsumptio, ut in Romana 13. Januarii 1618. in qua Nullitas professionis petebatur ex capite interrupti anni probationis, & in Carinen. 14. Decembris 1624. in qua petebatur ex capite anni probationis non completi, vel agebatur de ignorantia juris, quæ nemini suffragatur, ut in Nullius 13. Januarii 1583. in qua mulier agebat, ignorasse Decretum Sacri Concilii Tridentini irritantis, quasque professiones emissas antè completum decimum sextum ætatis annum. *Vel decimum simpliciter allegabatur ignorantia facti, nullis autem rerum Circumstantiis, sive adminiculis fulciebatur*, ut in Romana, seu Sorana 28. Maii 1578. & in Neapolitana 3. Aprilis 1621. in quibus Regularis narrabat se Professum ante decimum sextum ætatis annum, & ex sola legali præsumptione ignorantie Nullitatis professionis contendebat refundere onus probandi scientiam in Religionem. Et in his, vel similibus terminis videtur intelligendum oraculum Sanct. mem. Urban.

Urban. VIII. tanquam simpliciter confirmatorum hujusmodi resolutionum, ac Decretorum Sacrae Congregationis.

12. Cæterum quatenus etiam per modum discursus hæc tacita Professio subsisteret in Jure, adhuc illa cessat in hypothetico casu nostri. Constat enim, quod Joannes Thomas pro tempore, quo permansit in Religione, semper ostendit animum aversum statui religioso, itaut sæpiùs de hoc ipso conquereretur apud amicos, & familiares, ac pervagante quondam fama suppressionis ejus Religionis, dederit magna signa lætitiæ, quasi tunc ei spes aliqua affulgeret evadendi Religiosam disciplinam, ut deponunt plures testes, & meliùs docuit successive eventus, quod scilicet per tot annos nunquam induci potuit ad accipiendos ordines, imò nec ipsammet primam Clericalem Tonsuram, in quibus ordinibus præcipuè consistit perfectio religiosa *cap. insinuate, qui Cleric. vel voven. Ec.* Ibiq. Hostien. n. 3. Butr. n. 10. Præpos. n. 4. Calderin. *conf. 11. de Regul. Rota dec. 211. n. 12. part. 13. recent.* Posita siquidem hujusmodi animi aversione à statu religioso, neutiquam allegari valet Professio tacita, quæ fundatur in simplici præsumptione Juris, ac per consequens eliditur ex quibuscumque actibus, seu declarationibus editis in contrarium, ut tradit Gloss. *in cap. tuarum V. signatos*, & ibi Abb. n. 6. & Dec. n. 33. *de privileg. Innoc. in cap. relatum num. 3.* ibique Hostien. n. 12. Imol. n. 16. Jo. Andr. n. 9. & Butr. n. 25. *de his, quæ vi met. caus. Silvester. in verb. Religio n. 19.* Cyriac. *controv. 371. n. 36.* Suarez. *de Religion. tom. 3. quæst. 17. art. 15. in princip.* Add. ad Greg. *dec. 385. sub n. 6. vers. excluditur.* Rot. *dec. 94. n. 4. part. 9. tom. 1. recent. dec. 2. num. 8.* post Tambur. *de jur. Abb. dec. 229. num. 3.* coram Carill. *decis. 552. n. 18.* & 19. coram Ubald. & *decis. 9. num. 34. dec. 25. num. 10.* coram Arguelles.

13. Nec quicquam moveat, quod unus dumtaxat ex præfatis Testibus præcisè deponat de animi aversione intra tempus tacitæ Professionis, videlicet intra annum immediatè defluxum à die editæ Professionis expressè, quoniam alii Testes non contrariantur ejus dispositioni,

sed dumtaxat indefinitè loquuntur de conquestionibus, & reclamationibus, ac per consequens, vel dici debent absolutè contestes ex traditis per Hodiern. *controv. 16. num. 63.* Olsac. *decis. Pedemont. 99. num. 28.* Rot. *decis. 190. n. 4. part. 1. divers. & decis. 1369. n. 59. coram Coctin.* vel saltem recipiendi sunt pro adminiculo & conjectura, præsertim in casu, quo prout hic, agitur de facto successivo, & certa est generalis recusatio, sed abnuentia quorumcumque ordinum, stantibus enim tam fortibus adminiculis, & conjecturis, Testis etiam unicus plene probat juxtà theoreticum Bald. *in l. prima §. item Cornelio n. 2. ff. de quæst. quæm secuta est Rot. in Leodien. Nullitatis Ordinis Subdiaconatus 10. Januar. 1689. Non obstant. coram me.*

Et ità decisum fuit utraque parte acriter informante &c.

EADDEM CORAM EODEM

Mercurii 5. Julii 1690.

SUMMARIUM.

1 *Sumptus litis debentur ei, qui habet bonum jus, & est pauper.*

DECISIO XV.

1 **C**UM Sacra Congregatio Emmentissimorum Interpretum Sacri Concilii Tridentini exquisierit de Ordine Sanctissimi Votum hujus nostri Auditorii, nedum super nullitate Professionis P. Joannis Thomæ Foppe, sed etiam quoad expensas factas, & faciendas. Ideò Domini in eodem hodierna relatione causarum, in qua ordinarunt, ut traderem Votum super nullitate ad formam duarum decisionum desuper emanatarum, demandarunt pariter, ut extenderem hanc aliam brevem quoad expensas illi à Fratre, occupatore omnium bonorum Paternorum, & Maternorum subministrandas. Quod enim illæ sint ab ipso debitæ nulla cadit difficultas quia bonum Jus P. Joannis Thomæ abundè liquet ex Sententia Ordinarii, resolutione Sac. Congregationis & ex

& ex decisionibus Rotalibus; Et paupertas quæ est alterum ex requisitis, quibus concurrentibus Rota passim jubet illa subministrari à Colligante, juxta Tex. *l. si instituta §. de inoff. ff. de inoffic. Testam. & tradita per Surd. de alimentis tit. 1. qu. 127. num. 11. cum aliis allegatis decis. 402. p. 18. recent.* est notoria attento statu Regulari, in quo de præsentis reperitur.

Solum Domini aliquantulum hæserunt circa liquidandam quantitatem, quam inter m, quo maturiori suo, seu quorum de jure, examini reservarunt, præ nunc subministranda censuerunt scuta tercenta in Causam declarandam, computatis in illis scutis quinquaginta ordinatis ante propositionem Causæ.

Et ita &c.

Votum Sacræ Rotæ.

Rota per rationes deductas in duabus primis superscriptis decisionibus, est in Voto consistere de Nullitate Professionis P. Joannis Thomæ Foppæ, & per rationes deductas in tertia illi pro nunc subministranda esse scuta 300. in Causam declarandam pro expensis, reservata ulteriori illarum liquidatione sibi, seu quibus de Jure.

JACOBUS EMERIX.
S. Rotæ Decanus.

SUMMARIUM.

- 1 Regularis volens dicere de nullitate suæ professionis, tenetur illam probare coram suo Superiore, & Episcopo loci professionis conjunctis.
- 2 Superior Regularis potest cognoscere de nullitate professionis, etiamsi Religio se opponat.
- 3 Expensæ judicii nullitatis professionis sunt subministrandæ à Religione, si Monachus non habet aliunde.

ADNOTATIONES.

1. Notandum hic est, quod si Regularis intra quinquennium nullitatem suæ professionis deducat, tenetur illam probare conjunctim coram suo Superiore Regu-

laria ejus Monasterii in quo professionem emisit, & coram Ordinario loci in quo existit Monasterium in quo professus est: etiamsi agatur de nullitate ratione morbi, seu alterius defectus naturalis, ut respondit Sac. Congreg. Concilii 1. Decembr. 1593. & 12. Decembr. 1665.

2. Hæc autem facultas cognoscendi causam nullitatis conjunctim cum Episcopo, competit Superioribus, etiam in casu quo Religio se opponat, & contradicat, ut declaravit eadem Congreg. in *Olomucen. 10. Julii 1684. lib. 31. fol. 45.*

3. Expensæ verò volenti dicere de nullitate, sunt subministrandæ per Religionem, dummodo maneat in Claustris, ut decisum refert Nicol. *lucubr. can. lib. 3. tit. 31. n. 31. limit. 4. vers. expensæ*, & absolutum est quod religioso non habenti aliunde ut possit causam propriam agere, expensæ debentur à Monasterio, ut probat *Pasferin. de stat. hom. tom. 2. qu. 187. art. 2. n. 72.*

R. P. D. EMERIX DECANO.

Hispalen. præcedentia.
Veneris 21. Aprilis 1690.

ARGUMENTUM.

Præcedentia debetur Fratribus Discalceatis strictioris observantiæ S. Francisci supra Fratres Ordinis S. Augustini, etiamsi non incedant uniti cum Fratribus Observantibus.

SUMMARIUM.

- 1 Fratres reformati S. Francisci profitentur eandem regulam quam profitentur Fratres de Observantia, & idè gaudent præcedentia super Fratres S. Augustini, & num. 2. 3. 5. & 6.
- 4 Antiquioritas unius Conventus, communicat præcedentiam omnibus aliis ejusdem Ordinis quomodolibet posterioribus.

DECISIO XVI.

Contententibus Fratribus Ordinis S. Augustini quatuor Civitatum Provin-

vinciæ Hispalen. videlicet Portus S. Mariæ Xeres, Sanlucar, & Arcos vindicare sibi præcedentiam in processionibus, aliisque publicis functionibus supra Fratres Discalceatos Strictioris Observantiæ: seu Reformatos Ordinis S. Francisci quotiescumque isti non incedunt mixti, seu interpolati cum Fratribus de Observantia seu de familia nuncupatis instructaque desuper lite coram Provisore Hispalen. pronunciatum fuit manutenendos esse Fratres Discalceatos in quasi possessione præcedendi Fratribus Augustinianis, solum in casu quo incedunt uniti, seu incorporati cum Fratibus Observantibus. Sed Judex Synodalis ab Eminentissimo D. meo Card. Millino, tunc Hispaniarum Nuncio delegatus in gradu appellationis tulit sententiam prioris revocatoriam, deinceps ab eodemmet Eminentissimo D. Nuncio confirmatam, decernentem eisdem Fratribus Discalceatis mantentionem etiam quando incedunt soli sub propria Cruce. Unde devoluta tandem Causa ad Curiam, eaque mihi commissa, de di dubium sub die 2. Decembris anni proximè præteriti *An præfatis Fratribus Discalceatis, accedentibus ad Processiones, & alias functiones publicas solis sub propria Cruce, absque Fratribus ejusdem Ordinis nuncupatis de Observantia, seu de Familia competat præcedentia supra Fratres S. Augustini?* Et Domini, nulla tunc capta resolutione, hodie re melius enucleata, responderunt *Præcedentiam competere Fratribus Discalceatis.*

1. Fundamentum resolutionis constitutum fuit in Bulla san. mem. Clementis VIII. inter ejus impressas 92. Bullar. nov. tom. 3. per quam declaratum fuit Fratres Discalceatos profiteri eandem Regulam, quam profitentur Fratres de Observantia, ipsosque esse veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Francisci, ac portiri debere ubique locorum, omnibus, & singulis gratiis, ac privilegiis, & præsertim præcedentia in Processionibus aliisque actibus, tam publicis, quàm privatis, prout gaudent Fratres de Observantia, addita clausula sublata, & decreto irritanti. Undè cum certum sit, quod in locis, de quibus agitur, Fratres de obser-

vantia in Processionibus, aliisque publicis functionibus gaudent præcedentia super Fratres S. Augustini, consequens est, ut eadem gaudere debeant etiam Fratres Discalceati, non solum in casu, quo incedunt uniti, seu interpolati cum ipsis de Observantia (qui hodie non cadit in controversiam) verum etiam in casu, quo (prout in dubio) incedunt soli sub propria Cruce, nam in utroque viget ratio præfate Bullæ, quod videlicet ipsi constituunt unum, & identicum Ordinem S. Francisci, ac proinde semper, & ubique locum eidem Ordini debitum occupare, ne alias contingat absurdum, quod membra separentur à corpore, ac unus, & idem Ordo, modò uno, modò autem alio jure censetur, ut in puncto perpenso tenore ipsius Bullæ inter eosdemmet Fratres decrevit Congregatio Sacrorum Rituum, ac decreta hujusmodi Sac. Congreg. confirmavit, & approbavit, atque imposterum servari jussit sanct. mem. Urbani VIII. prout liquet ex ipsismet decretis, ac Brevibus exhibitis per informantes.

2. Non obstat, quod hujusmodi Decreta, ac Brevia Apostolica fuerint per subsequens Brev. san. mem. Innocentii X. reducta ad terminos Juris, & Constitutionis per sel. rec. Gregorium XIII. editæ super præcedentiis in Processionibus, quæ est inter ejus impressas 48. Bullar. nov. tom. 2. Siquidem Breve non fuit generaliter promulgatum pro quibuscumque causis, ac locis, sed particulariter pro causa loci de Vinaros, & aliis similibus, ut clarè præferunt illius verba ibi: *Præfatas dicti Urbani Prædecessoris litteras ad terminos juris non solum in presenti, sed etiam in quacumque simili causa, tam in dicto loco de Vinaros, quam in aliis in iisdem litteris contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium reducimus, & ubique terrarum servandam esse eandem dicti Gregorii Prædecessoris Constitutionem declaramus, statuimus, & ordinamus &c.* Quo fit ut cum ex deductis in positione ipsius causæ Loci de Vinaros constet, quod in eo non aderant antiquiora Monasteria Fratrum de Observantia, ex quibus metiri possit præcedentiam Familia Discalceatorum, prout

prout extra controversiam adfunt in locis de quibus agitur Decreta, ac Brevia, de quibus supra, respectu hujusmodi locorum perseverent in suo robore. Quod enim non mutatur quid stare prohibetur? ut inquit Justinian. *in leg. sancimus 27. in princ. C. de Testam.*

3. Et nihilominus præscindendo etiam per modum discursus à præallegatis Decretis, ac Brevibus Apostolicis, & procedendo cum rescripto Gregorianæ Constitutionis, adhuc ista perfecta præcedentia debetur Fratribus Discalceatis. Constitutio siquidem mandat, præcedere debere primùm illos qui reperiuntur in quasi possessione præcedendi, ac deinceps eos, qui in locis habent antiquiores Conventus, seu Monasteria; horum autem utrumque militat in hac hypothese favore ipsorum Discalceatorum, nam quasi possessio præcedendi in hoc ipso casu, quo contingat, illos incedere sub propria Cruce absque Fratribus de Observantia probatur, tum ex actibus possessorii relatis in eorum Summario præteritæ positionis *nu. 4. & 6.* Tum etiam ex pluribus mandatis de manutenendo nuper obtentis à Judicibus Nunciaturæ Hispanæ, dicto *Sum. num. 7.* non attento contrario mandato de manutenendo usque de anno 1636. relaxato favore Fratrum Augustinianorum, ac depositionibus Testium datis in eorum *Summ. n. 4. & 5.* quia mandatum fuit deinde per supradicta Decreta, ac Brevia Apostolica revocatum, & depositiones Testium loquuntur de præcedentia in Concionibus, ac circulis disputationum non autem in Processionibus, de quibus est quæstio.

4. Antiquioritas verò Conventuum, seu Monasteriorum in confesso est apud partes; Et parum refert, quod illa verificetur solum respectu Conventuum seu Monasteriorum Fratrum de Observantia, non autem respectu particularium Conventuum Fratrum Discalceatorum. Quia quoties in locis existunt plures ejusdem Ordinis Conventus diversis temporibus fundati, anterioritas unius influit, & communicat præcedentiam omnibus aliis ejusdem Ordinis quomodolibet posterioribus, ut expresse disponit eadem Bulla, ibi -- *Si contigerit nova Monasteria*
Monacelli Form. Pars II.

ria, aut Domus alicujus Ordinis mendicantium, in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis mendicantibus Monasteria, aut Domus prius erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius Monasterium, seu Domum in loco habuerit, præcedat, & inhærendo illius dispositioni tradunt Card. de Luca de Præeminen. disc. 25. in Theatr. Regul. verb. Præcedentia num. 11. & 19. in fine, Navar. in Sum. Bullar. comment. 96. nu. 11. Bordon. Oper. moral. in Theatr. Præcedent. num. 478. ac respondit Sac. Rituum Congregatio in Salernitana Præcedentæ sub die 3. Junii 1619. Et summa quidem ratione nam aliàs scinderetur unitas Ordinis, ac non levissima scandala, & confusiones orirentur in populo, ut advertit Card. de Luca d. disc. 25. de Præemincn.

5. Nec juvat replicare, quod Papa in fine præfatæ Constitutionis declaraverit præservare Jura Fratrum Capuccinorum incedentium sub Cruce Fratrum de Observantia, ibi -- *Nolumus per præsentis, &c. Fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in Processionibus publicis, sub Conventualium S. Franc. aut Minorum de Observantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, ut solent incedere possint, aliquod prejudicium generari, &c.* & sic contrarium videantur sensisse respectu eorundemmet Fratrum incedentium sub propria Cruce, quia vel id non pertinet ad rem nostram, stante diversitate institutionis Ordinis, vel solum potest, ac debet intelligi in casu, qui deinceps evenit, quo scilicet Fratres Capuccini, accedentibus etiam Fratribus de Observantia, voluerunt erigere propriam Crucem, & sic ex propria voluntate, ac facto constituere corpus distinctum, & separatum à Fratribus Observantibus. At in præsentem Fratres Discalceati, accedentibus Fratribus Observantibus profitentur non solum incedere velle sub eorum Cruce, verum etiam mixti, & incorporati cum ipsis, prout ad hæc usque tempora inconcussè semper fervarunt, ac solum in casu quo ipsismet Observantes nollent, vel non possent intervenire, intelligunt erigere propriam Crucem, ac tenere locum suprâ Fratres alterius Ordinis, quem aliàs tenuissent si iidem Observantes intervenissent, quod

Cc

planè

planè videtur iustum, & rationabile, cum per non interventum Fratrum de Observantia, totus Ordo consolidetur in ipsis intervenientibus, ut de Jurepatronatus residente penes plures patronos tradunt *Gloss. & DD. in cap. 1. de Jurepatron. Rot. dec. 388. nu. 23. & 24. coram Bichio, & in Neapolitana Abbatia 12. Decembr. proximi præteriti, §. Minus revelat coram Me.*

6. Neque applicabiles visæ sunt plures resolutiones Sac. Rituum Congregationis in oppositum cumulatae. Nam Decretum in dicta Salernitana Præcedentiæ in fine ubi dicitur, servandam esse anterioritatem foundationum, etiam inter eisdem Ordinis Monasteria, debet intelligi, respectu Præcedentiæ inter Familias, seu Monasteria ejusdem Ordinis, non autem respectu præcedentiæ inter Familias, seu Monasteria Ordinis diversi, nam aliàs implicaret contradictionem cum præcedenti dispositione, ut tradit *Nayar. in Summ. Bullar. comment. 96. num. 11.* alia decreta collecta per *Moder. Salentin. consult. 19. tom. 4.* loquuntur de Reformatis aliorum Ordinum, qui vel non recognoscunt eundem Superiorem cum Fratribus non Reformatis, prout recognoscunt Observantes, ac Discalceati, vel volunt erigere propriam Crucem, etiam in concursu eorundem non Reformatorum, vel demum carent antiquioribus Conventibus Fratrum ejusdem Ordinis non Reformati, ut videre est ex eorum lectura. Ac denique Decretum in *Carthaginens. Præcedentiæ 17. Junii 1689.* prodit inter Conventus aliorum locorum, in quibus Fratres Discalceati non consueverant incendere in Processionibus mixtim, seu interpolatè cum Fratribus Observantibus, qui modus incedendi est signum omnimodæ unionis, & incorporationis, nec fuerunt in eo casu suppositæ Judicio Eminentissimorum PP. ponderationes, seu circumstantiæ, ex quibus hodie compertum fuit Breve san. memor. Innocentii X. non fuisse generaliter reductorium priorum Decretorum Sac. Congregat. ac Brevium san. mem. Urbani VIII. sed particulariter pro Causis, & locis, in quibus non aderant antiquiora Monasteria Fratrum de Observantia, ut constat ex posi-

tione ipsius Causæ data in hodierno Summario Fratrum Discalceatorum.

Et ita decisum fuit utraque, &c.

EADEM CORAM EODEM.

Lunæ 29. Januarii 1691.

SUMMARIUM.

1. Fratres Reformati S. Francisci profitentur eandem regulam, quam profitentur Fratres de Observantia, & tanquam membra unius corporis gaudent iisdem privilegiis, & n. 2. 3. 4. & 6.

5. Verba derogationis, seu reductionis executiva, restringi debent ad limites partis dispositivæ.

7. Antiquioritas unius monasterii communicatur aliis ejusdem Ordinis licet posterioribus.

8. Fratres Carmelitæ, & Augustiniani Discalceati sunt quidem ejusdem Ordinis, sed non ejusdem corporis cum aliis Carmelitis, & Augustinianis calceatis.

Fratres Reformati absolutè faciunt unum corpus cum Observantibus. ibi.

DECISIO XVII.

EX eisdem rationibus, quibus sub die 21. Aprilis anni proxime elapsi decisum fuit, Fratribus Reformatis Ordinis S. Francisci accedentibus ad Processiones & alias publicas functiones, sub propria Cruce absque Fratribus ejusdem Ordinis nuncupatis de Observantia, sive Familia, competere præcedentiam supra Fratres Ordinis S. Augustini, hodie repropo- sita de more Causa, ac negotio rursus in conspectu contrarium allegationum maturè perpenso, conclusum fuit pro confirmatione decisionis.

1. Habent enim pro se Fratres Reformati claram dispositionem Bullæ san. me. Clem. VIII. inter ejus impressas 92. Bullar. nov. tom. 3. declarantis ipsos profiteri eandem Regulam, quam profitentur Fratres de Observantia, ac esse veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti

Ati Francisci, necnon potiri debere ubique locorum omnibus, & singulis gratis, & privilegiis, & præsertim præcedentia, in Processionibus, aliisque actibus tam publicis, quàm privatis, prout gaudet Frater de Observantia. Undè cum isti in quatuor Civitatibus, de quibus agitur, videlicet Portu S. Mariæ, Xeres, Sanlucar, & Arcos citrà controversiam gaudeant præcedentia in Processionibus, aliisque publicis functionibus, suprâ Fratres Ordinis Sancti Augustini, utique eadem gaudere debent etiam ipsimet Reformati, tanquam membra constitutiva unius, & ejusdem Corporis S. Francisci cum Fratribus Observantibus, ut in similibus terminis firmant Barb. de Canon. & Dign. cap. 18. num. 52. Navar. in Summ. Bull. comment. 96. n. 25. Modern. Salencin. consult. Canon. 104. num. 7. & seqq. tom. 4. Rota dec. 224. num. 1. & seqq. par. 7. rec. dec. 211. num. 4. & 5. cor. Gregor. & dec. 113. num. 3. post Tambur. de jur. Abb.

2. Nec visum fuit subsistere, quod præcedentia Fratrum Observantium communicetur, & competat solum Fratribus Reformati in casu, quo isti incedunt uniti, & incorporati cum illis, non autem in casu, quo (prout in dubio hodie vertente) incedunt soli sub propria Cruce. Siquidem objectum urgere posset quotiescumque Fratres Reformati semper, & omni casu, sive accedentibus, sive non, Fratribus Observantibus, profiterentur, ac vellent incedere soli sub propria Cruce, & sic ex propria voluntate, & facto separare, ac scindere unitatem Corporis. Secùs autem quoties (ut hic) semper, & indistinctè (quantum ad eos pertinet) intelligunt incedere sub Cruce Fratrum Observantium, ac uniti, seù incorporati cum ipsis, & sic in unitate Ordinis perseverare, nam in his terminis, si quandoque forsan contingat, quod Fratres Observantes nolint, vel non possint accedere ad Processiones, non ideò minus juyari debent eorum præcedentia Fratres Reformati, quia cum omnes insimul constituent unicum Ordinem, iste, non intervenientibus Fratribus Observantibus totus repræsentatur per Reformatos intercessentes, ut nuper de Capitulo dictum

fuit in Burgen. jurisdictionis super excessibus 15. Januarii proximè præteriti §. Prout nec in eor. Me, adeò ut si per hypotesim Fratres Reformati procederent in loco inferiori, hoc ipso videri posset derogatum etiam præcedentiæ illorum de Observantia, qui per viam unitatis, & identificationis Ordinis interpretationem juris continentur in Reformati.

3. Tantò magis, quoniam videtur omninò absurdum, ac plenum novitatis, & admirationis in Populo, quod Fratres Reformati, qui sunt unum, & idem cum Fratribus Observantibus, debeant modò unum, modò alium locum in Processionibus occupare, secundùm quòd in eis interveniunt, vel non illi de Observantia. Imò hoc ipsum parere posset confusionem in Processionibus; Nam cæpta quandoque forsan (prout etiam casus præbuit) Processione cum interventu dumtaxat Fratrum Reformatorum incedentium post Fratres Augustinianos, supervenientibus Fratribus Observantibus, cogerentur Reformati dimittere locum inferiorem Augustinianis, & convolare ad alium Superiorem unà cum illis de Observantia: quæ quidem confusiones debent in Ecclesiasticis functionibus omninò vitari, ut per Text. in l. consulta vers. absurdum, C. de Testam. movet Tondut. quest. benef. par. 3. cap. 163. num. 5. & 7. Non attendita ponderatione, quod possent in his terminis Reformati persistere in loco primitus occupato post Fratres Augustinianos, & sic facile deludere hujusmodi confusionem, quoniam hoc nimium præjudicium irrogare posset eisdem Reformati, tanquam præferant evidentem scissuram, ac separationem in ordine.

4. Sed cessat quævis occasio disputandi, dum respectu Provinciæ Hispalen. in qua sitæ sunt Civitates præfatæ, & inter eosdemmet Religiosos, ac super hoc ipso puncto præcedentiæ in Processionibus, quoties Fratres Reformati in illis incedunt soli sub propria Cruce, emanarunt tria Decreta, duò nempe Sacræ Rituum Congregationis, & alterum Auditoris Camerae favore Fratrum Reformatorum, quorum singula fuerunt per separata Brevia à san. mem. Urbano VIII.

confirmata, & approbata cum præcepto, quod ubique terrarum servari deberent, ut ex ipsis Decretis, ac Brevibus Apostolicis recensitis in *Sum. primæ Positionis Fratrum Reformatorum ex num. 2. usque 7.* Undè frustra contenditur resuscitari lis jamdiù sopita juxta *Text. in l. causas 16. C. de transact.* Maximè quia in executionem hujusmodi Decretorum, ac Brevium Familia Fratrum Augustinianorum Civitatis Xeres capitulariter decrevit anno 1634. dandam esse præcedentiam Fratribus Reformatis, sive unitim incedant cum illis de Observantia, sive soli sub propria Cruce dicto *Sum. n. 3.* eamque actualiter cessit anno sequenti 1635. in processione litaniarum majorum *num. 4.* ac eandemmet præcedentiam de anno 1642. Vicarius Generalis adjucavit eidem Reformatis in Civitate Portus Sanctæ Mariæ in Processione Sanctissimi Corporis Christi, *num. 6.*

5. Nec juvat replicare, quod præallegata Decreta, ac Brevia Apostolica fuerint deinceps, per aliud Breve san. mem. Innocentii X. reducta ad terminos Juris, & Constitutionis editæ per san. mem. Gregorium XIII. super præcedentiis in processibus, quoniam reductio particulariter emanavit pro Causa loci de Vinaros, in quo non aderant antiquiora Monasteria Fratrum de Observantia, necnon pro aliis Causis similibus, ut clarè præferebant verba ipsius Brevis, in priori decisione relata, ac præindè trahi non potest ad causam locorum, de quibus agitur, in quibus eadem antiquiora Monasteria reperiuntur, nam reductio, seu derogatio tantum capit, quantum sonat, & non ultra *l. precipimus Cod. de appellat. ibi, & ubique terrarum servandam esse eandem dicti Gregorii Prædecessoris Constitutionem declaramus, statuimus, & ordinamus,* quia ista tanquam executiva restringi debent ad limites partis dispositivæ, in qua dumtaxat facta fuit mentio Causæ loci de Vinaros, & aliarum similiarum, ut in terminis similis dispositionis monuit *Rota in Romana, seu Januen. Legati 19. Junii proximi præteriti §. Non obstat coram me.* Neque pariter resistente, quod Brevia (ut supra) reducta præsupponant con-

cursum, seu præexistentiam anteriorum Conventuum Fratrum de Observantia, Quoniam illa generaliter tribuunt præcedentiam Reformatis, sive solis, sive unitis cum Observantibus, nec distinguunt inter casus anterioris, vel posterioris foundationis Monasteriorum eorundem Observantium, & sic nihil repugnat, quod respectu unius casus fuerint reducta, respectu autem alterius in suo robore præservata.

6. Cæterum procedendo etiam ulterius ad Examen Gregorianæ Constitutionis, ista quoque suffragatur, ac favet Fratribus Reformatis. Siquidem ad effectum decernendi præcedentiam in Processionibus mandat primo loco spectari quasi possessionem præcedendi, & deinceps antiquioritatem Monasteriorum, quasi possessio autem præcedendi favore Fratrum Reformatorum probatur ex ipsismet actibus positivæ cessionis, & adjudicationis præcedentiæ superius adductis, necnon ex pluribus mandatis de manutenendo per eos obtentis à Judicibus Nunciaturæ Hispaniæ, de quibus in priorè decisione in principio, quæ probant quasi possessionem, *Post. de manutenent. observ. 29. num. 12. Rot. post ipsum decis. 410. num. 13. & decis. 396. n. 5. coram Duno. Jun.* Nec ququam facit, quod hujusmodi actus, & mandata processerint in sequelam Decretorum, ac Brevium (ut præfertur) reductorum, quia ex præfatis, reductio non afficit causam nostram, & in omnem casum ad effectum Gregorianæ Constitutionis attenditur factum ipsum quasi possessionis, non autem illius titulus, & origo. Proinde nec urgent, contrarium mandatum de manutenendo relaxatum utque de anno 1637. necnon depositiones Testium adductæ pro Fratribus Augustinianis; quoniam mandatum fuit per sæpe dicta Decreta, ac Brevia revocatum, & possessio potissimum spectari debet de tempore mortis litis *vulg. §. restituta instit. de interd. ac Testes non deponunt specificè de casu,* qui est in lite, videlicet in cessus Fratrum Reformatorum in Processionibus absque illis de Observantia.

7. Nec deficit favore eorundem Re-

for-

formatorum antiquioritas Monasteriorum, licet aliàs ista non sint eorum propria, sed Fratrum de Observantia, quia sufficit quod sint ejusdem Ordinis, nam antiquioritas unius Monasterii communicatur, & influit in omnia alia ejusdem Ordinis, quancumque postea fundata, ut clarè disponitur in eadem Gregoriana Constitutione ibi: *Si contigerit nova Monasteria, aut Domus alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut Domus prius erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius Monasterium, seu Domum in eo habuerit, præcedat, & præter allegatos in præterita Decisione §. Antiquioritas firmat Tondut. qu. benefic. c. 81. num. 3. & seqq.* Non subistente ponderatione, quod ad hunc effectum requiratur non solum identitas Ordinis, verùm etiam identitas denominationis, & observantiæ, quia cum Fratres Reformati non modò profiteantur eandem Regulam, verùm etiam faciant unum, & idem Corpus cum Fratribus Observantibus, prout etiam latiùs inferiùs enucleabitur, parum refert, quod diversimodè designentur, quia non cortex nominum, sed rerum substantia spectari debet. Imò si subsistere hujusmodi ponderatio, Fratres Reformati, nec intervenientibus illis de Observantia gaudere possent istorum præcedentia contra praxim hucusque semper, & inconcussè servatam, ac ab ipsismet Fratribus Augustinianis non controversam.

8. Hinc nulla vis fieri valet in exemplis Beneficiatorum, & familiarium Cardinalium, qui gaudent præcedentia Capituli, & respectivè Dominorum dumtaxat, quando incedunt uniti cum illis, non autem quando incedunt ab illo disjuncti, quia id provenit ex eo, quod Beneficiati, & familiares non sunt ejusdem Ordinis cum Capitulo, & respectivè Dominis, nec illis fuerunt istorum privilegia communicata, prout ejusdem Ordinis sunt, & iisdem privilegiis, ac præcedentiis decorati Fratres Reformati, quibus illi de Observantia. Nec similiter in exemplis Fratrum Carmelitarum Congregationis Mantuæ, ac Discalceatorum S. Augustini, qui licet sint ejusdem Ordinis cum aliis Carmelitis, & Augusti-

Monacelli Form. Pars II.

nianis Calceatis, præcedentiam tamen metiuntur dumtaxat à fundatione priorum Monasteriorum. Quoniam iidem Carmelitæ, & Augustiani Discalceati sunt quidem ejusdem Ordinis, sed non ejusdem corporis cum aliis Carmelitis, & Augustinianis Calceatis; cum semper incedant separatim ab illis sub propria Cruce, regantur à diversis Superioribus, nec eligi possint ad munera aliorum Carmelitarum, & Augustinianorum Calceatorum. At Fratres Reformati absolute faciunt unicum Corpus cum Observantibus, nam semper incedunt sub illorum Cruce, imò mixti, & interpolati cum ipsis, recognoscunt eundem Prælatum, & Commissarium, ac Definidores generales, & passim eligantur ad suprema munera totius Ordinis, pro ut hodie accidit in Commissario Generali, qui est ex familia Reformatorum, ac solum in particularibus Conventibus, & Provinciis retinent particulares Custodes, & Provinciales ex eo, quod aliàs in ipsis in concursu, cum Observantibus strictiùs (ut faciunt) servare non possent Regulam S. Francisci absque eo, quod replicari valeat, quod scissura Corporis fiat hoc ipso, quod non accedentibus Fratribus Observantibus, Reformati erigunt propriam Crucem, quia hujusmodi erectio tanquam accidentalis, & momentanea non facit separationem.

9. Denique non obstant duo Decreta Sacræ Rituum Congregationis in oppositum laudata, non quidem primum editum de anno 1617. in quo postquam S. Congreg. statuit præcedentiam unius Monasterii antiquioris suffragari aliis modernioribus ejusdem Ordinis, demandavit plures familias ejusdem Ordinis debere unitim procedere, & non divisim, quasi quod communicatio præcedentiæ fiat solum in casu simultanei incesus plurium ejusdem Ordinis Familiarium. Quia Decretum loquitur in casu concursus ad Processiones plurium Familiarium ejusdem Ordinis, non autem in casu, de quo agitur concursus dumtaxat Familiæ posterioris in fundatione, cui quidem rectè suffragatur præcedentia Monasterii antiquioris, utpotè quæ per Gregorianam Cõ-

stitutionem datur Ordini, non Monasteriis. Neque secundum editum de anno 1689. in quo dictum fuit, Fratribus Augustinianis deberi præcedentiam, quando Fratres Reformati incedunt sub propria Cruce. Quia (ultra alias responsiones datas in præterita *Decisione §. finali*) procedit quando Fratres Reformati contenderent incedere sub propria Cruce, etiam in concursu Fratrum de Observantia, qui ex præfatis non est casus noster.

Et ita resolutum fuit utraque Parte acriter informante &c.

E ADEM CORAM R. P. D. C. A. P. R. A. R. A.

Veneris 11. Januarii 1692.

S U M M A R I U M.

1. *Declarationi Papæ super dubio juris standum est.*
Fratres Reformati tanquam membra corporis Fratrum de Observantia gaudere debent eisdem privilegiis, ibi.
2. *Jus Universitatis, seu Capituli remanet in iis, qui supersunt, vel præsentibus sunt.*
Fundatio unius Monasterii, quoad antiquioritatem suffragatur universo Ordini. ibi.
3. *Lis semel extincta, non est iterum suscitanda.*

D E C I S I O X V I I I.

Sententiam Reverendissimi Decani, qua pronunciatum fuit Fratribus Discalceatis, seu Reformatis Ordinis S. Francisci accedentibus ad Processiones, & alias publicas functiones sub propria Cruce absque Fratribus ejusdem Ordinis nuncupati de Observantia, seu de Familia, competere præcedentiam supra Fratres Ordinis S. Augustini, Domini confirmandam censuerunt, quia novo examini in gradu appellationis hodie subiecta, inventa fuit valida ex revolutione actorum, & iusta, ex deductis in duabus decisionibus de more antea editis sub die 21. Aprilis 1690. & 29. Januarii 1691.

1. Nitebantur enim Dominorum suffragia in dispositione Bullæ san. mem. Clementis VIII. qua Summus Pontifex declaravit Fratres Reformatos eandem regulam observare, quam observant Fratres de Observantia, esseque veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Francisci, ac frui, & gaudere debere ubique locorum omnibus, & singulis privilegiis, & indulgentiis, & signanter præcedentiis in Processionibus, & in omnibus aliis actibus publicis, & privatis, quibus utuntur iidem Fratres de Familia: qua stante Pontificia declaratione, cui standum est *cap. si Papa de Privileg. in 6. & Clem. litteris de probat. Oldrad. conf. 257. num. 1. 2. & seqq. Roa coram Caval. decis. 612. num. 52. & dec. 271. nu. 5. p. 1. rec.* sequitur ut cum in pluribus locis Fratres de Observantia præcedant Fratribus Ordinis S. Augustini, pari modo debeant præcedere Fratres Reformati, qui tamquam pars, & membra ejusdem Ordinis, non debent diverso jure censei *cap. cognovimus 12. q. 2. l. cum qui ædes ff. de usucap. & in his terminis à Pont. dec. 8. n. 16. & in simili Bulla Rot. coram Coccin. dec. 197. n. 1. & dec. 1731. nu. 3. & 4.* Sed eadem præfulgere debent præcedentia, qua totum Corpus Ordinis gaudet, ut præter relatos in postrema *Decisione Reverendiss. Decani §. Habent enim, dixi in his terminis Rot. in Bojanen. Præcedentia coram Card. Seraphin. dec. 1223. n. 1. & n. 2. in fn. vers. & hanc præcedentiam.*

Non obstat, quod id procedere posset quando Discalceati unitim, & mixtim incedunt cum Fratribus de Observantia sub eorum Cruce, secus est quando istis absentibus soli, & sub propria Cruce interveniunt, cum tunc teneantur meriti eorum præcedentiam, vel à possessione præcedendi, in qua reperirentur, vel ab antiquioritate Conventus in loco juxta formam præscriptam à sa. mem. Greg. XIII. in ejus Constitutione 84.

2. Etenim objectum vim faceret, si Fratres Reformati. seu Discalceati semper, & quodcumque etiam accedentibus Fratribus de Observantia, vellent exigere propriam Crucem, & sic ita scindere unitatem Corporis, & Ordinis; At secus est, ubi ut in præfenti illam dissolvere non

non intendunt, sed in ea quantum in ipsis est manere, & sub eorum Cruce, & cum ipsis mixti incedere intelligunt; hoc enim casu, si contingat abesse Fratres de Observantia, non inde cessat praecedentia Reformatorum, sed in ipsis uti membris, & partibus constitutivis totius Corporis, & Ordinis remanet idem jus praecedendi, ut remanet jus Universitatis, vel Capituli, in iis, qui super sunt, vel praesentes sunt *c. si forte 9. distinct. 65.* & ibi gloss. *verb. superstes,* & gloss. *in c. 2. de postulat. verb. pauciores,* & ibi Panorm. *n. 5. 8. & 9. Innoc. & Ostien. in c. quia propter quest. 2. de elect. n. 5. Barbof. in cap. 2. de postulat. num. 4. Mirand. manual. Pral. q. 13. concl. 2. & Rot. cor. Seraph. decis. 1050. n. 5.* cum in Universitatibus nihil referat utrum omnes iidem maneat an pars maneat, ut inquit Text. *in l. sicut municipium §. In Decurionibus ff. quod cujusque Universit. ex qua Corporis, & Ordinis unitate, sequitur etiam, ut antiquioritas Conventus Fratrum de Observantia influat in eodem loco praecedentiam in omnes alios ejusdem Ordinis, licet aliis diversarum Religionum posteriores, ut sancitur in eadem Constitutione Gregoriana, ibi -- Si contigerit nova Monasteria, aut Domus alius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut Domus prius erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius Monasterium, seu domum in loco habuerit, praecedat, ut inhærendo etiam eidem Sanctioni decrevit S. Congregat. Rituum in *Salermitana Praecedentia sub die 3. Junii 1617. ut ex decreto relato per P. Lantuscum in Theatro Regularium verb. Praecedentia n. 11. in fin. fol. mihi 524. & tradit Card. de Luc. de Praeeminentia disc. 25. per tot. & Tondut. quaest. benef. cap. 81. num. 3. & seqq.**

3. Praedicta verò omnia, eò facilius fuerunt per Dominos admissa, stante quod super hoc eodemmet articulo praecedentiae in Processionibus inter Reformatos & Augustinianos in locis, & Civitatibus Provinciae Hispalen. de quibus agitur tria prodierunt decreta, duo scilicet Sacrae Congregationis Rituum, & alterum Auditoris Cameræ, quorum quodlibet fuit successivè approbatum à san. mem. Urbano VIII. qui per tria separata Brevia illa

confirmavit, & fuerunt etiam ab ipsis Fratribus Augustinianis nedum capitulariter acceptata, verum etiam observata, & executioni demandata in subsequenti Processione, ubi actualiter cessit praecedentiam Fratribus Reformatis, & ulterius accedit alterum decretum Vicarii Generalis in Civitate Portus S. Mariae adjudicans praecedentiam Fratribus Reformatis, quia omnibus attentis, controversia adeò solemniter sopita, non videtur amplius suscitanda *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. Fratres, & l. Causas Cod. de transact.*

Non attentis responsionibus, quæ in contrarium deducebantur cum illis plenè satisfaciunt decisiones Causæ coram Reverendissimo Decano, cum quibus Domini transferunt, informantibus tantum Fratribus Reformatis, sæpius moniti, & diù expectatis PP. Augustinianis.

EADEM CORAM EMANUEL

Veneris 16. Januarii 1693.

SUMMARIUM.

1. Fratres Reformati Ordinis S. Francisci constituunt unus corpus cum Fratribus de familia Observantium, & tamquam membra, gaudent omnibus privilegiis, quibus isti fruuntur, & n. seqq. per tot.

DECISIO XIX.

B Inis Sententiis, altera coram Rev. D. meo Decano, & altera coram R. P. D. meo Caprara, præviis tribus decisionibus emanatis, pronunciatum fuit PP. Discalceat. Strictioris Observ. Ordin. S. Francisci, accedentes ad Processiones, aliasque publicas functiones solos, ac sub propria Cruce, & absque Fratr. de Observantia, seu de Familia ejusdem Ordinis praecedere debere supra Fratr. S. Augustini in locis de Xeres, Portus S. Mariae, Sanlucar, & Arcos Provinciae Hispalen. à quibus denuò appellantis dd. PP. Augustinianis causaque mihi in tertia instantia commissa desuper de more DD. con-

C c 4 ful-

fului, qui pro Sententiarum confirmatione responderunt.

1. Earum quippe validitas non fuit controversa, Justitia verò resultat ex iisdem prorsus fundamentis, ex quibus præcedentes prodierunt resolutiones, inter quæ inconcussum planè visum fuit illud desumptum ex *Const. fel. rec. Clem. PP. VIII. inter ejus impressas la 92.* in qua expressè sancitur, & declarat. Fr. Reformatos esse veros filios, ac indubitatos Fr. Ord. S. Francisci, nec non constituere unum, idemque Corpus cum Fr. de Familia, & tamquam tales potiri debere omnibus privilegiis, prærogativis, ac præcedentiis, & signanter in Processionibus, quibus fruuntur præfati Frat. de familia; ideoque sicuti isti absque ulla controversia in locis, de quibus agitur præcedunt Fratribus S. Augustini, ita eadem præcedere debent Reformati, qui utpotè membra ejusdem Corporis, atque Ordinis diverso Jure censerentur, aut regulari non debent, ut in his terminis tradit Card. de Luca *de præminen. disc. 25. per tot.* qui ita decisum testatur per S. Rituum Congregat. & in aliis similibus scripserunt Tondut *qu. benef. lib. 1. c. 91. pariter per tot.* Modern. Mutilanen. *in summa divers. tract. 5. Præcedentia sub num. 6.* & respondit Rot. *in rec. dec. 148. n. 5. part. 14. ubi concordantes.*

2. Nullatenus refragante, id procedere quoties Reformati incedunt unitim cum Fr. de Familia, & sub unica Cruce, secus verò, dum incedunt soli, & sub proprio Vexillo, quoniam adhuc placuit responsio aliàs præcedenter admitta, objectum tunc urgere, quando Reformati vellet semper, & quancumque, accedentibus etiam Fratribus de Familia erigere propriam Crucem, & ita sciendo unitatem Corporis aliud separatum efficere; Cum autem hoc non prætendant, sed quantum in ipsis est intendunt perseverare in eadem unitate, inde sequitur, quod si quandoque casus præbeat Fratres de Familia non intervenire in Processionibus, in quibus adsunt Reformati cum propria Cruce adhuc præcedentia istis debetur uti partibus totius Ordinis, & Corporis, ut in specie respondet Card. de Luca *de præcem. d. disc. 25. sub num. 8.*

3. Atque hinc inapplicabilia remanent exempla PP. Carmelitarum Congr. Mantuanæ, ac Discalceatorum Ord. S. Augustini, quia quamvis isti sint ejusdem Ord. cum aliis antiquæ Religionis professoribus attamen corpus omninò distinctum constituunt, & quidem sub proprio capite, ad cujus activam electionem ipsi soli, ac privativè jus habent, & quod magis ad rem pertinet, accedendo ad Processiones, etiam quando interveniunt alii antiquæ Religionis professores, separatim volunt incedere, propriamque erigunt Crucem unde nil mirum, si sua quique tenent loca, cum id proveniat ex *voluntaria illorum separatione*, quorum neutrum verificatur in Reformatis S. Francisci, qui unicum dumtaxat Corpus constituunt, sola regulæ strictioris inter proprios Conventus observatione distincti, ut bene distinguendo unum casum ab altero observat Card. de Luca *de præcem. d. disc. 25. num. 8.*

4. Posita itaque ex his unicitate Corporis, ac Ord. favet quoque PP. Reformati *Constit. 84. san. mem. Gregor. XIII.* In ea enim cavetur præcedentiam in Regularibus metiri debere, vel à quasi possessione præcedendi, vel ab antiquioritate Conventuum, quarum utraq; concurret in hoc casu ad favorem Reformatorum; Quasi si possessio siquidem præcedendi etiam quando soli, & absque Fratribus de Observantia incedunt, resultat, tam ex pluribus actibus possessoriis; quàm ex reiteratis mandatis de manutenendo ab ipsis obtentis, ut justificatum fuit in *Sum. dato in præteritis instantiis*; Quocirca Jure merito in ea veniunt conservandi, cum in hac materia servanda sit consuetudo, illaque potissimum attendenda Bald. *in t. cum olim n. 2. & seqq. de consuetud. Felin. in cap. statuimus in princip. de major. & obed. Tondut. qu. benef. lib. 1. c. 8. num. 3. Rot. cor. Burat. dec. 903. num. 20. & seqq.*

5. Assistit etiam antiquioritas Conventuum, nam licet isti non sint proprii Reformatorum, sed Fratrum de Familia, nihilominus sat est, quod sint ejusdem Ordinis, dum anterioritas unius Conventus influit etiam in alios, quamvis ex post fundatos, ut litteraliter sancitur in *d. Constit. Gregorian. sub §. 3. & comprobat*

bat Tondut. *d. cap. 81. à num. 4. cum seqq.*

Nec prædictis adverfantur gemina decreta Sac. Congregat. Rituum edita de annis 1617. & 1689. quia ista non applicantur huic hypotefi cum prodierint ex diversis facti circumstantiis, ut bene eorum singulas expendendo advertitur in 2. *dict. dec. Reverend. D. Mei Decani §. Denique.*

Et ita in reliquis approbantibus DD. præcedentes resolutiones, ad quas se relative habuerunt resolutum fuit. Utraque &c.

EADEM CORAM MOLINES.

Veneris 26. Junii 1693.

SUMMARIUM.

- 1 *Læso est fundamentum restitutionis in integrum.*
- 2 *Justitia sententiarum oritur ex Decisionibus emanatis.*
- 3 *Fratres Reformati fruuntur privilegiis Fratrum Observantiæ tanquam membra ejusdem corporis, num. seqq. per tot.*

DECISIO XX.

Adversus tres Sententias Rotales, quibus pronunciatum fuit PP. Reformatos Discalceatos Strictionis Observantiæ Ord. S. Francisci accedentes ad Processiones, aliasque publicas functiones sub propria Cruce, & absque Fratribus ejusdem Ord. nuncupatis de Observantia, seu Familia, debere præcedere Fratribus S. Augustini in locis de Xeres, Portus S. Mariæ, Sanlucar, & Arcos Provinciæ Hispalen. cum reclamasset prædicti Fr. S. Augustini in Signatura Justitiæ obtinuerunt commissionem appellationis cum clausula *sine præjudicio trium conformium*, in cujus sequelam hodie dubium proposui *An constet de causis restitutionis in integrum*, quod fuit *Negative* resolutum.

1. Validæ quippè, & justæ apparuerunt præfatæ sententiæ, propter quod excluditur læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum Abbas *in cap. ex litteris de restit. in integr.* Rot. *dec. 153. n. 5. par. 15. & dec. 194. num. 1. & 2. par. 19.*

2. Non enim controvertitur validitas. Justitia verò est manifesta, & latè comprobata in 4. decisionibus in hac causa editis, duabus nempe *coram Reverendis. D. meo Decano die 21. Aprilis 1690. & 29. Januarii 1691. & coram R. P. D. meo Caprara die 11. Jan. 1692. & demum coram R. P. D. meo Manuel die 16. Jan. proxime elapsi.*

3. Et profecto justè adjudicata fuit supradictis PP. Reformatis Discalceatis præcedentia supra Fr. Ord. S. Augustini in præfatis locis, cum clara sit dispositio Bullæ fel. rec. Clement. VIII. *inter ejus impressas 92. Bullar. nov. tom. 3.* ubi expressè determinatur, & declaratur prædd. PP. Discalceatos profiteri eandem regulam, quam profitentur FF. de Observantia, esseque veros filios, & indubitatos Fr. S. Francisci, & uti constituentes unum, idemque Corpus cum Fratribus de Observantia, seu de Familia frui debere ubique locorum omnibus privilegiis, & indultis, & signanter præcedentiis in Processionibus, & aliis publicis actibus, & privatis, quibus gaudent Fr. de Observantia. Ex quo sequitur quod quemadmodum isti sine contradictione in præfatis locis fruuntur præcedentia in Processionibus, aliisque actibus supranumeratis supra Fr. Ord. S. Augustini ita pariformiter hos præcedere debeant dd. PP. Reformati Discalceati Card. de Luc. *de præem. disc. 25. per tot.* qui testatur in hoc casu ita fuisse decisum per Sac. Congr. Rituum, & in simile scripserunt Tondut. *qu. benef. lib. 1. cap. 81. Pignatell. consult. 104. n. 7. & seq. tom. 4. Rot. dec. 148. num. 5. par. 14.*

4. Absque eo quod replicari valeat, quod id locum habeat in casu, quo discalceati unitim incedant, & sub unica Cruce cum Fr. de Observantia, non autem quando divisim, & sub propria Cruce: quoniam iterum hodie approbata fuit responsio data in præcedentibus Causæ decis. nimirum quod id urgeret si Discalceati semper, & omni casu vellent, sive accedentibus, sive non Fr. de Familia erigere propriam Crucem, seu Vexillum, & scindere unitatem corporis, & aliud distinctum efformare; verùm quia hoc non prætendunt, utendentes in eadem

dem unitate continuare quantum in seipsis est, hinc fit quod si ex aliquo accidenti PP. de Observantia non interveniant Processionibus, aliisque actibus publicis, & privatis, & in istis adsint PP. Discalceati cum sua Cruce, præcedentia ipsis debeatur uti partibus totius Corporis, & Ordinis, qui tunc conservatur, & repræsentatur per Patres Discalceatos interefentes, ut dicit Card. de Luc. *d. dist. 25. n. 8.*

5 Comprobata ex his unicitate Corporis, & Ordinis assistit etiam PP. Discalceatis Constit. 84. Greg. XIII. in qua disponitur, quod norma præcedendi inter Regulares desumatur à possessione præcedendi, vel ab antiquioritate Conventus, cum utraque qualitas illis suffragetur. Et quidem possessio præcedendi justificatur tam ex pluribus actibus possessoriis, quam etiam ex reiteratis mandatis de manutenendo ab ipsis reportatis, propter quod in eadem conservandi veniant Rota *decis. 903. num. 20. coram Buratt.* Ac etiam antiquioritas Conventus, cum notorium sit PP. de Observantia, seu de Familia habere in præd. locis antiquiores Conventus, quam PP. S. Augustini, istaque antiquioritas prodest Fr. Discalceatis, quia sufficit quod sint ejusdem Ord. cum Fr. de Observantia, nam anterioritas unius Monasterii, quoad præcedentiam influit in omnia alia ejusdem Ord. licet ex post fundata, ut litteraliter habetur in *d. Const. Greg. XIII. sub §. 3. & comprobatur Tondut. quest. benef. cap. 8. num. 3. & seqq. cum aliis adductis in prima hujus Cause decis. §. Antiquioritas.*

6 Præterea habent dd. PP. Discalceati ad defendendam præcedentiam supra PP. S. Augustini tria decreta, duo nempe S. Congreg. Rituum, & alterum A. C. confirmata à san. mem. Urbano VIII. cum præcepto quod ibique servari debeant. Contra quæ non obstat Breve postea obtentum à san. mem. Innoc. X. reducens dicta Decreta ad terminos juris, & Constitut. Greg. XIII. quia hæc reductio est localis, & particularis pro loco de Vinaros, in quo non aderant antiquiora Monasteria Fr. de Observantia, sicque non applicatur præsentis casui, & locis, de quibus agitur, ubi adsunt antiquiores Con-

ventus PP. de Observantia, ut bene in *secunda decis. hujus Cause §. Nec jurat.*

7. Similiter non obstant duo Decreta Sac. Congreg. Rituum emanata de annis 1617. & 1689. nam primum loquitur de modo præcedendi inter plures Conventus ejusdem Ordinis, non respectu præcedentiæ inter Monasteria Ord. diversi. Secundum autem haberet locum quoties Fr. Discalceati prætenderent efformare Corpus distinctum, & sub propria Cruce etiam interefentibus PP. de Observantia, quod tamen ut dictum est, PP. Discalceati non prætendunt.

8 Tandem non obstat allegare exempla PP. Carmelitarum Congregationis Mantuæ, & Discalceatorum Ord. S. Augusti. quia licet sint ejusdem Ord. cum aliis professoribus antiquæ Religionis, constituant tamen Corpus distinctum, & sub proprio, ac separato Superiore, quem ipsi soli eligunt, & in Processionibus leparatim incedunt propriam erigentes Crucem, seu Vexillum, etiam interefentibus aliis antiquæ Religionis professoribus, ut observat Card. de Luc. *disc. 85. de præem. num. 8.*

R. P. D. CAVALLERINO

Romana Laudemii.
Veneris 16. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Dominium ad effectum recognitionis in Dominum, probatur levioribus probationibus. Laudemium (pro quo competit Domino directo hypotecaria actio) solvi debet ab Emptore, etiam si emerit cum pacto redimendi.

SUMMARIUM.

- 1 Dominium rei Emphyteuticæ ad effectum recognitionis in Dominum probatur præsumptionibus, & enunciatis, & num. 2.
- 2 Dominus directus non cogitur alienationis consensum præstare absque solutione laudemii.
- 3 Laudemium debetur ex alienatione facta.

facta cum pacto redimendi.

- 5 Laudemium solvitur ab emptore.
- 6 Pro Laudemio datur actio personalis in rem scripta.
- 7 Emptor rei emphyteuticæ, qui se obligavit servare omnia contenta in Instrumento sub obligatione camerali, potest conveniri via executiva pro solutione laudemii.
- 8 Negligentia Rectoris juribus Ecclesiæ præjudicare non valet.

DECISIO XXXI.

Obtinuit Reverendus D. Joannes Franciscus Topinus Rector Ecclesiæ Sanctissimi Salvatoris de Cuppellis mandatum pro duplici Laudemio sibi debito occasione geminæ venditionis Vineæ positæ extrâ portam Flaminiam ab Innocentio Valdabrino factæ primo loco Donato Contuccio pro scut. 300. cum pacto redimendi, secundo loco Antonio Moraldo pro scut. 500. sed commissâ mihi causa appellationis per Signaturam Justitiæ cum clausula *si quid exequendum* datoque consueto dubio, an mandatum foret exequendum: Affirmativè DD. responderunt.

1 Et pro majori claritate præmittere decet, quod ubi agitur de probando dominio incidenter ad effectum scilicet recognitionis in Dominum, solutionis Canonum, seu laudemii non requiritur adeò exquisita probatio, qualis pro devolutione desideratur, sed leviora documenta sunt satis, DD. communiter in *l. judicium Cod. de rei vindicac. Fulgin. de jur. Emphyt. de laudem. q. 36. Rota in recent. dec. 128. num. 18. par. 6. & faciunt fusè relati in dec. 464. num. 1. cor. clar. mem. Card. Cerro.*

2 Sufficiens autem probatio visa fuit DD. resultare. Primò ex Instrumento anni 1577. In quo Ricciardus prævia narrativa à se possideri Vineam controversam sub proprietate dictæ Ecclesiæ existens, assignavit Altopasso, tunc Rectori pro annuis reponsionibus cador. quatuor Vini decursis, & non solutis portionem Vindemiæ sibi de eo anno tangen. secundo ex mandato de manutenendo in possessione exigendi dd. Cados quatuor musti, & successiva sententia de anno 1603. pro-

mulgata à R. P. D. Triultio Ponente Eminentis. Vicarii declarante ad favorem Forlini, tunc Rectoris ejusdem Ecclesiæ contra Lamatolam Ricciardi præsentis successorem, Vineam, de qua agitur esse gravatam onere dd. quatuor Cadorum, tertio ex commissione appellationis à prædicta sententia unita clausula, *non retardata solutione reponsionis Vini*, juncta cum transactione inita ab hæredibus dict. Lamatola, in qua decursos, & decurrendos annuos terminos solvere promisit, quarto ex receptis Canonum ab Innocentio Valdabrino Auctore Moraldi productis asserente Jus exigendi Canonem ad Rectorem prædictæ Ecclesiæ spectare, quinque ex quietantis factis eorundem Canonum in publico instrumento; sexto ex susceptione termini facta ab eodem Valdabrino, quæ omnes solutiones simul junctæ concludunt Canonum satisfactionem ab anno 1577. citrà, septimò eandem ex annunciativa emissa in eadem venditione facta Contuccio in qua asseritur Vineam gravata dicto anno Canone. Ex quibus omnibus simul junctis DD. non dubitarunt superabundantem undique redundare recognitionem Domini etiam contra singularem successorem, ut de longè minoribus documentis contenta fuit Rota in *dec. 240. prima parte recent. & dicta decis. 464. num. 2. & cor. clar. mem. Card. Cerro.*

3 Hinc necessariò resultat jus petendi Laudemium; Nam confitit de dominio remanet inalienabilis absque consensu Domini, qui alienationem laudare non cogitur, absque recognitione. Unde laudemium dicitur ad *Tex. in l. fin. §. ne Avaritia, Cod. de Jur. Emphyt.* quem in præcis terminis expendit Rota in *Neapolitana Domus 28. Junii 1606. coram Otembergo, & coram Cavaler. d. 121. num. 1. & seqq.*

4 Non refragante, quod prima venditio Contucci contineat pactum redimendi, ex quo impedita perpetua translatione domini, laudemium non debeatur, quia contraria sententia communior est, eamque ab omnibus objectis latissimè vindicat, solus præceteris videndus Niger. de *Laudem. par. 2. quæst. 5. art. 1. num. 24. 27. usque ad finem*, & admisit Rota in *dicta decis. 94. num. 23. par. 15. recent.*

Mi-

5. Minus relevat, quod Topinus dirigere debeat actionem pro Laudemio contra venditorem, quia in Jure receptum est Laudemium ab Emptore solvendum, Glos. in l. fin. versic. accipere Cod. de Jur. Emphyt. ibique Baldus num. 7. Jaf. num. 41. Gozadin. cons. 65. num. 5. & 13. Fontanell. decis. 279. num. 16. Surd. decis. 200. num. 4.

6. Et respectu Domini directi Conclusio est indubitata, quia pro Laudemio datur hypothecaria, vel actio personalis in rem scripta, quæ prosequitur quemcumque fundi possessorem, Cancr. variar. resol. lib. 1. cap. 11. n. 43. Pacif. de Salviano inspect. 3. cap. 4. num. 562. & tenuit Rot. cor. clar. mem. Card. Cerro dec. 2. n. 5. & 6.

7. Si quis verò defectus opponi posset circa viam exequutivam tolli videtur, non solum, ex quo agitur de parva summa, sed etiam, quia cum Moraldus in Instrumento Emptionis sese adstrinxerit ad omnia in eo contenta in forma Camerae, virtus hujus obligationis est comprehendere ea omnia, quæ veniunt de natura contractus, seu insunt ex juris interpretatione: Rota decis. 84. num. 7. & decis. 265. num. 12. post Zacch. de obligatione Camerali.

8. Proinde nullius est momenti defectus Citationis Valdabrinæ, non solum, quia ex facto sublati, sed etiam quia ex prædictis constat citatum fuisse legitimum debitorem, qui frustra opponit, numquam aliàs fuisse solutum Laudemium, vel quia de alienationibus subsecutis, ut negativa solutionis non docetur, vel quia negligentia Rectoris Ecclesie Juribus nocere non valet, Rot. cor. Sanctissimo dec. 185. n. 5.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Burgen. juris instituendi, seu conferendi.

Ven. 23. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Jus instituendi in Beneficiis jurispatronatus erectis post Concilium Tridentinum ad solum Episcopum pertinet, non autem inferiori qui jurisdictionem Ordinariam non habet. Episcopus fun-

dator Beneficii, reservationem jurispatronatus sibi, & suis non auctorizat.

SUMMARIUM.

- 1 Res judicata oritur ex tribus sententiis conformibus.
Lesio est fundamentum restitutionis in integrum. ibi.
- 2 Jus instituendi in beneficiis jurispatronatus spectat ad Episcopum tam de jure communi, quam ex dispositione Concilii Trid.
- 3 Fundator Beneficii in limine foundationis de consensu Episcopi potest apponere conditiones sibi bene visas, etiam juri communi contrarias.
In limine foundationis de consensu Episcopi potest reservari inferiori juri instituendi, ibi, & num. 5.
- 4 In foundationibus Beneficiorum post Concilium Trident. factis jus instituendi inferiori Episcopo reservari non potuit.
- 6 Concil. Trid. sess. 14. cap. 12. intelligitur non solum de institutione auctorizabili per examen persone presentati, sed etiam de collatione simili, & num. 7.
- 8 Jus instituendi etiam post Concilium competit inferiori Episcopi, qui habet Ordinariam jurisdictionem.
Ordinarius dici non potest, qui habet jurisdictionem limitatam ad certas causas. ibi.
- 9 Episcopus, qui est fundator Beneficii, non potest sibi, & suis jus patronatus reservare, & auctorizare.
Foundationis leges non possunt post actum Foundationis perfectam etiam de consensu Episcopi mutari, vel alterari. ibi.
- 10 Clausula dummodò reddit gratiam conditionalem, quæ corrumpitur conditione non purificata.

DECISIO XXII

1. IN revisione trium Sententiarum adjudicatarum extra Curiam adjudicantium Archiepiscopo Burgen. Jus instituendi in septem Cappellaniis fundatis anno

anno 1679. ab Archiepiscopo Peralta cum reservatione juris patronatus pro se, & sua familia in Cappella sita in Ecclesia Metropolitana sub Invocatione Sancti Ecce Homo, & Sancti Henrici, cujus situs pro eisdem Cappellæ constitutione dicto Archiepiscopo donatus fuerat à Capitulo dictæ Ecclesiæ, quarum revisio per rescriptum Signaturæ Justitiæ mihi directâ fuit cum clausula sine præjudicio trium conformium in ea parte, in qua sunt conformes, præmissis consueto dubio, an constet de re judicata trium conformium, quod jus instituendi, vel de Causis restitutionis in integrum, dilata sub die 14. Aprilis proximi præteriti resolutione in hodierna repositione, responsum fuit constare de re judicata, quæ oritur ex tribus Sententiis conformibus *leg. unica Cod. nē liceat in una, & eadem Causa tertio provocare*, Rot. decis. 86. num. 2. par. 17. Cumque validæ, & justæ sint, inde deficit læsio quæ est fundamentum restitutionis in integrum *l. nam postea §. si minor ff. de Jure Jurand. l. minoribus C. de in integr. restit. cum concord. adductis per Rotam decis. si de restit. in integr. in novis, & dec. 32. num. 18. par. 16.*

2. Validitas controversa non est, & Justitia patet, nam Jus instituendi in Beneficii juris patronatus spectat ad Episcopum, nedum de jure communi *cap. 1. de cappell. Monachor. cap. cum ex injuncto in fine de hereticis cap. nobis de jurepatr. cap. cum ex frequentibus de Instit. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 2. num. 1. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 12. num. 1. 2. 3. Pax Jordan. elucubrat. Juris tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 410. Rota cor. Coccino dec. 448. num. 9. dec. 567. num. 1. 9. & 11. par. 18. sed etiam ex specialis dispositione Sac. Conc. Trident. in cap. 12. & 13. sess. 14. de Reform.*

3. Et quamvis fundator possit de consensu Episcopi in limine foundationis apponere condiciones sibi benè visas etiam juri communi contrarias *cap. nobis, cap. præterea il 2. de jurepatr. cap. quanto de Censibus, Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 10. num. 11. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 103. Vivianus part. 1. lib. 4. cap. 5. num. 56. Lotter. lib. 1. quæst. 32. Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. n. 61.*

& 62. & cap. 6. n. 42. Rot. cor. Bichio decis. 110. n. 19. Merlin. dec. 800. num. 1. Roxas dec. 274. num. 4. & 5. Præsertim quod in limine foundationis possit institutio de consensu Episcopi reservari alteri inferiori de jure capaci, docent Abb. in cap. nobis n. 5. de jurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 2. par. 3. quæst. 1. art. 10. Vivian. lib. 2. cap. 3. n. 8. Barbof. de offic. & potestat. Episcop. par. 3. alleg. 71. num. 187. in fin. Murga de Benefic. quæst. 3. num. 90. Marius Antonius lib. 1. resol. 12. num. 4. Card. de Luca de jurepatr. disc. 64. num. 32. Pax Jordanus ubi supra num. 41. Rot. d. dec. 110. n. 418. & 19. cor. Bichio dec. 382. n. 2. cor. Dunozeri. Jun.

4. Hoc tamen non procedit in foundationibus, quæ fiunt post Concil. Trident. quod expressè prohibuit, ne Institutio in Beneficiis jure patronatus erectis post Concilium possit in limine foundationis reservari alteri inferiori, sed debeat competere tantum Episcopo, ut ex clara littera Concilii dict. *cap. 12. ibi -- In casu autem foundationis, aut dotationis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservatur, tenent Fagnan. in cap. cum Ecclesia Vulterana num. 31. & 32. de elect. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 11. num. 169. Vivianus de jurepatr. lib. 2. cap. 8. num. 3. & lib. 12. cap. 3. num. 9. & 10. Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 3. num. 26. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 3. num. 6. Azzor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 22. quæst. 3. in fine, Barbof. d. cap. 12. Concilii num. 18. & 19. & de jure Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 299. Ventrigl. in prax. Eccles. tom. 2. adnot. 1. de jure patronat. §. 3. num. 40. Marius Antonius lib. 1. resolut. num. 4. & resolut. 47. num. 6. & ita disputatio formiter articulo censuit Sac. Congregat. Concilii in Vulterana juris instituendi 3. Augusti 1686. ubi postquam juxta votum nostri Tribunalis decreverat Capitulo Collegiatæ S. Geminiani competere jus instituendi ad Beneficia simplicia dict. loci, postmodum declaravit dict. decretum non habere locum in Beneficiis erectis post Concil. & confert etiam aliud decretum ejusdem Sacræ Congregation. in Civitatis Castellæ Canonatuum 31. Martii 1685. per quod decernitur ab Episcopo non esse probandam erectionem juri-*

Jurispatronatus, in qua institutio reservabatur Capitulo.

5. Non obstantibus pluribus auctoritatibus supra allegatis §. & *quamvis versic. præsertim*, quia aut aliquæ loquuntur generaliter non distinguentes inter fundationes patronatum secutas antè, vel post Concilium, ut in specie Rot. d. decis. 110. coram Bichio, & decis. 382. cor. Dunozeo jun. & non expensa d. Conciliari dispositione; aut intelliguntur de fundationibus patronatum antè Concilium, in quibus institutio expressè de consensu Episcopi erat reservata alteri inferiori, quas Concilium non sustulit, nec in illis aliquid innovavit, & de his est intelligendum in sess. 24. de reformat. cap. 18. versic. cum verò institutio, & sess. 25. de Reformat. cap. 9. vers. quod si ad inferiores solumque Concilium in dicto cap. 12. sess. 14. de reformat. providere voluit, ne in posterum in futuris fundationibus patronatum possit, alteri quam Episcopo, etiam de consensu ejusdem reservari institutio, ut ex mente Sacræ Congregationis explicant Fagnan. Monat. Corrad. Marius Antonius, Vivianus locis supra citatis.

6. Nec meretur allegari, quod Concilium in dict. sess. 14. de reformat. cap. 12. intelligendum veniat de institutione auctorizabili facienda ab Episcopo per examen personæ præsentati; non autem de collativa tituli, quam idem Concil. in sess. 24. de reformat. cap. 18. versic. cum vero institutio, & sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. quod si ad inferiores præservat aliis, quam Episcopo, Barbof. in collectan. de Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 13. num. 1. & in sess. 25. de reformat. cap. 9. num. 75. Garz. de benefic. part. 9. cap. 3. num. 5. & seqq. Nam iste intellectus pugnare visus est proprietati verborum, & menti Concilii, & quidem proprietati, quia dum generaliter in dict. cap. 12. sess. 14. de reformat. loquitur de institutione, sub ea propriè venit Institutio collativa ad præsentationem Patronorum, Fagnan. in cap. cum pridem num. 91. de pact. & in cap. eam te num. 6. de ætat. & qualit. Ordin. Gonzal. in cap. cum satis num. 3. vers. Institutio de offic. Archidiacon. Lambertin. de Jurepatron. part. 3. libr. 2. artic. 1.

quæst. 11. num. 4. & 5. Murga de benefic. quæst. 3. num. 80. & quæst. Pastor. part. 1. quæst. 3. §. 1. num. 16. Vivian. lib. 12. cap. 1. num. 1. Garz. de benefic. part. 4. cap. 1. num. 4. Lotter. lib. 2. quæst. 1. num. 11. & 12. & quia de Institutione collativa esse intelligendum dict. cap. 12. declaravit Sacra Congregatio Interpres Concilii Decretis suprâ relatis, quæ Rota reverenter suscipit.

7. Et revera de hac institutione collativa intelligendum esse Concilium in dict. cap. 12. apertè colligitur; Tum quia antecederet specialiter providerat in sess. 7. cap. 13. de reform. de examine faciendo per Episcopum in electis nominatis, & præsentatis in quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, ex quo bene inferri potest (nè posterior dispositio dict. cap. 12. superflua remaneat) quod in isto loquatur de Institutione collativa; Verum etiam, quia Concilium in dict. cap. 12. non restringit resolutionem ad beneficia habentia curam animarum, sed generaliter loquitur de Ecclesiis, beneficiis, & Cappellis, quorum appellatione continentur Cappellaniæ, & beneficia simplicia, undè dicendum venit, quod loquens in genere de Institutione intellexerit de ea collativa tituli, non de auctorizabili, cujus subjectum aliud non est, quam cura animarum, & consistit in licentia, quam prævio examine dant Episcopi ad administranda Sacramenta personis subjectis Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 33. n. 99. Barbof. de Offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 173. vers. aliud denique, & num. 175. versic. duplo Murga de benefic. quæst. 3. num. 99. & seqq. & quæst. Pastoral. par. 1. quæst. 3. §. 1. num. 9. Fagnan. in cap. eam de ætat. & qualit. ordin. num. 3.

8. Minus applicatur limitatio desumpta ex mente Sacræ Congregationis Concilii, ut referunt Fagnan. & Corrad. in locis citatis, quod nempe prohibitio Concilii in dict. cap. 12. reservando Institutionem favore inferioris non intelligatur de illis inferioribus, qui Ordinarii sunt, ordinariaque funguntur Jurisdictione; Nam Capitulum Cathedralis Burgen. non habet Jurisdictionem ordinariam pleno jure cum omnimoda exemptione.

ptione à Jurisdictione Archiepiscopi, ut pluries dixit Rota coram Seraphin. decis. 696. num. 4. decis. 709. num. 2. decis. 720. num. 1. decis. 733. num. 3. decis. 738. num. 1. 2. & 3. & licet habeat Jurisdictionem criminalem, illam habet ex titulo particulari Concordiæ Alexandrinæ, & restrictam ad certos casus, & actus particulares, quos egredi non potest in præjudicium Ordinarii, ex qua limitata Jurisdictione Ordinarius dici nequit cap. si Papa 10. vers. his enim de privileg. in 6. cap. cum venerabilis 7. vers. quia agitur de relig. dom. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. à num. 100. ad num. 104. Fagnan. in cap. cum contingat num. 23. & 26. de foro compet. Barbof. ex declaratione Sac. Congreg. Concilii de potest. Episc. par. 3. allegat. 81. in appendice num. 4. Rota coram Priolo decis. 340. num. 4. & 6. cor. Coccino dec. 346. num. 7. & 8. dec. 69. à n. 12. ad 16. par. 19. & in Toletana jurisdictionis 17. Junii 1689. §. & quamvis cor. Me.

Nec Capitulum habet Institutionem, seu Collationem omnium beneficiorum Cathedralis dum plura confert Archiepiscopus, ut deponunt Testes examinati pro parte Capituli Summario hodierno Archiepiscopi num. Unico, & illam quam exercet Capitulum est, vel ex lege foundationum antè Concilium, ut est videre in Summario Capituli primæ propositionis num. 5. vel ex privilegio Apostolico, ut est illa Cappellæ Nativitatis erecta post Concil. de anno 1570. Summario præterito Archiepisc. num. 11. litt. B.

9. His positis superfluum existimarunt Domini aggredi examen, an in limine foundationis hujusmodi Cappellanarum possit dici intervenisse consensum Ordinarii pro reservatione juris instituendi favore Capituli, quod tamen non caret difficultate propter multas rationes adductas à scribentibus pro Archiepiscopo, quia consensus Archiepiscopi Peralta fundatoris non sufficit, cum erigendo Cappellanas ex propriis bonis reservando Juspatronatus pro se, & suæ familiæ non potuerit erectionem auctorizare, quia partes Judicis, & fundatoris in examinando justitiam illarum sustinere non poterat ad Text. in clement. 2. & ibi Gloss.

verbo mensa sua de reb. Eccles. non alien. Abb. in cap. cum in veteri num. 11. de elect. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 168. Gonzal. regul. 8. Cancellar. gloss. 5. num. 21. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 5. nu. 29. & 30. Tond. quæst. benefic. lib. 1. cap. 5. num. 6. Rota decis. 331. num. 5. par. 4. rece. Et licet intervererit assensus, seu beneplacitum Nuncii Hispaniarum, ut suppleretur iste defectus, tamen cum ille non fuit in ipsa foundatione Cappellanarum sequuta de anno 1689. sed multò ante scilicet de anno 1671. pro confirmatione donationis situs Cappellæ, factæ à Capitulo, dicebatur insufficientis pro reservando Jure instituendi favore Capituli, cum requireretur in ipso actu foundationis, Barbof. par. 3. allegat. 72. num. 186. vers. respondetur enim illud, Lotter. lib. 1. quæst. 32. num. 8.

10. Et in omni casu beneplacitum Nuncii continent clausulam, dummodo Sacris Canonibus, & dispositioni Sacri Concilii Tridentini non adversentur -- ac proinde cum reservatio Juris instituendi favore Capituli in foundationibus factis post Concilium adversetur dispositioni expressæ ipsius Concilii nulla vis fieri potest in Beneplacito Nuncii, quod ob clausulam dummodo reddit confirmationem conditionalem, & efficit, ut illa corruat conditione non purificata, ex deductis per Barbof. dict. 95. num. 8.

Reservato tamen particulari disputationi articulo, an donatio Cappellarum facta à capitulo fuerit conspicua ad promissionem reservationis Juris instituendi favore ipsius; Itaut propter Clausulam non aliàs, aliter, nec alio modo resoluta dicatur talis donatio, & restitui debeant Cappellæ sub dicta conditione concessæ Archiepiscopo Peralta, quem articulum uti extraneum à presenti disputatione Domini hodie examinare noluerunt.

Et ita utraque parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

*Cæsaraugustana jurisdictionis
Lunæ 10. Decembris 1691.*

A R G U M E N T U M.

Remissoria denegatur, quoties articuli sunt irrelevantes. Jus visitandi nullo temporis decursu, sive consuetudine contraria præscribitur.

S U M M A R I U M.

- 1 *Observantia equivoca non relevat.*
- 2 *Observantia destruitur ex actibus contrariis, ibi.*
Visitatio nullo temporis decursu præscribitur, ibi.
Episcopus visitat Ecclesias Cathedralis, non obstantibus privilegiis aut consuetudinibus immemorabilibus, ibi.
- 3 *Consuetudo etiam interpretativa, quando est contra juris dispositionem debet esse legitime prescripta.*
Negligentia Episcopi antecessoris, non præjudicat Ecclesie, nec successori, ibi.
Ex sola juris assensu conceditur pro exercitio jurisdictionis, manutentio.

D E C I S I O XXIII.

In signis Regularis Ecclesia B. Mariæ del Pilar, quam san. mem. Sixtus V. post tres resolutiones Rotales firmantes Jurisdictionem Archiepiscopi in Ecclesiam, Monasterium, & Canonicos Regulares; anno 1588. causam ad se avocando, & litem extinguendo, atque inhærendo quibusdam antiquioribus Privilegiis Summorum Pontificum Alexandri III. Innocentii II. Eugenii III. & Clementis VII. ex integro generaliter exemit, & liberavit ab omni ordinaria Jurisdictione, visitatione, & correctione Archiepiscoporum, exceptis dumtaxat concernentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, post tres sententias Rotales declarantes exemptio-

nem suffragari dumtaxat illis personis que verè, realiter, & cum effectu continuatam habitationem haberent intra Claustra Monasterii cum Archiepiscopo lata fuit anno 1620. ad aliud Judicium in Rota vocata per commissionem Jactationis Jactationum super pretenfa Cathedralitate ad instantiam Metropolitanæ Ecclesiæ S. Salvatoris antiquis temporibus pariformiter regularis, & postea ad statum sæcularem reductæ à San. mem. Clem. VIII. in quo obtinuit tres sententias conformes, ac Litteras executoriales, & declaratorias censurarum, & ultimo loco Decreta Apostolica pro illarum confirmatione, & executione quibus omnibus detrectante, seu suspendente Capitulo Ecclesiæ S. Salvatoris indurato corde exhibere debitam paritionem, cum gravi scandalo totius Populi, ac non modico etiam periculo allucijus-publicæ commotionis; San. mem. Clem. X. ad enixas instantias Regis Catholici, ac Reginæ Matris tunc ejus Regnorum Gubernatricis, pro bono pacis, & ad tollendas quascumque dissensiones, & scandala, rem totam composuit mediante Brevi speciali, quo Ecclesiam Beatæ Mariæ redegit ad statum sæcularem, & eam sic redactam, necnon alteram S. Salvatoris invicem perpetuò univit, & incorporavit, itaut quamvis duæ essent materiales Ecclesiæ una tamen Cathedralis, ac Metropolitana Ecclesia nuncuparentur; atque unum, & idem Capitulum efformarent. Verùm ex hoc Brevi, quo sublata fuerunt lites inter ipsas Ecclesias, nova nuper lis germinavit inter Ecclesias, & Archiepiscopatum; Nam novum Capitulum contendens vigore præfatae unionis, & incorporationis fuisse Ecclesiæ S. Salvatoris communicatum Privilegium exemptionis per Sixtum V. concessæ Ecclesiæ B. Mariæ, ac per consequens non subesse Jurisdictioni, & visitationi Reverendiss. Archiepiscopi, capta prius juxtà quemdam Regionis abusum, quasi possessione libertatis in Tribunali Justitiæ Regni, curavit desuper causam Rote committi, à qua tamen sa. mem. Alexandr. VIII. providè præcavendo, ne per spatium lites in ipsa finiendæ per tres sententias conformes, tandiù Capitulum

tulum confoveretur in præfata illicita quasi possessione, illam avocavit, ac Sacræ Congregationi Concilii cum totius Rotæ voto decidendam remisit. Undè subscripto per me duplici dubio; uno scilicet super meritis, & altero super Remissoria, per Capitulum expetita ad probandam observantiam Exemptionis, & utroque hodie proposito, informante tamen super meritis dumtaxat Reverendissimo Archiepiscopo, Domini responderunt, Remissoriam esse denegandam, demandando, quod super meritis, Causa proponatur omninò in tertia post Reges.

1 Fundamentum denegandi Remissoriam irrelevantia materiæ contentæ in tribus articulis ad hunc effectum exhibitis per Capitulum. Primus enim continet, quod Ecclesia Beatæ Mariæ tam antè, quam post declaratam ejus Cathedralitatem, nunquam fuerit per Archiepiscopos visitata, nisi quoad cernentia Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum. Ille autem, quatenus percutit tempus præcedens declarationem ipsius Cathedralitatis, ultrò admittitur pro parte Reverendissimi Archiepiscopi, quia tunc vigeat extra controversiam Privilegium Sixtinum, contra cujus formam non licuit Archiepiscopis visitare: quatenus verò percutit tempus subsequens pariter admittitur, & in nihilo confvet intentionem Capituli, quia lis super Cathedralitate, saltem de facto duravit usque ad Bullam sæcularizationis, ut patet ex ejusdemmet sæcularizationis litteris utrinque datis, undè cum ex hac causa Archiepiscopus abstinere potuerit à visitando, imò forsan etiam debuerit ad præcludendam viam majoribus discordiis, & scandalis, nulla valuit adversus ipsum induci observantia, ut tradit Aretin. *consl.* 115. n. 3. Menoch. *conf.* 337. n. 37. Rota *decis.* 364. n. 5. & 6. *coram Buratt. dec.* 204. n. 38. p. 8. *recent.* & *dec.* 290. num. 21. *part.* 18.

2 In secundo ponitur, quod Ecclesia Sancti Salvatoris neque antè, neque post Bullam sæcularizationis Clement. VIII. visitata fuit per Archiepiscopos quoad Capitulum, ac personas, & actus Capitu-

Monacelli Form. Pars II.

lares, sed tantum quoad Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, seu Confraternitates, & alia extrà Capitulum. Verum contrarium apparet ex visitationibus, & ex statutis conditis post sæcularizationem datis in Summario Archiepiscopi num. 1. & 2. quæ, vel sola sufficiunt ad elidendam quamcumque contrariam observantiam, ut notat Bartol. in l. 2. num. 22. ff. *solut. matrim.* Rota *decis.* 2001. num. 22. *part.* 15. & *dec.* 223. num. 13. *part.* 19. *recent.* & nihilominus probatio non relevat, quoniam Jus visitandi nullo temporis decursu in defuetudinem abire valet, juxta *Text. cap. ubi cum ex officio de prescript. & ibi Abb. antiq. n. 4. Panorm. n. 4. Felin. num. 9. Innoc. in cap. venerabili n. 6. ibique Fagnan. n. 23. in fin. de censib. Spad. consil. 135. num. 6. lib. 2. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 4. n. 21. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 2. n. 50. Cockier de jurisdict. in exempt. part. 4. quest. 23. num. 4. Barbol. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 73. n. 4. Rota *decis.* 101. n. 3. & 4. *coram Merlin.* Præsertim respectu Ecclesiarum Cathedralium, quarum visitationem Sac. Concilium Tridentinum Episcopis restituit, & commendavit non obstantibus privilegiis, etiam ex fundatione competentibus necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, Sententiis, concordiiis, & juramentis, ut in *sess.* 6. *cap.* 4. & *session.* 25. *cap.* 6. *de reform.* Fagnan. in *cap. veniens* n. 10. & 11. & *sub num.* 16. *de transact.* Rota *dec.* 207. n. 2. usque ad 7. *coram Dunozet. Jun. dec.* 204. n. 17. & *seqq.* p. 7. & *dec.* 254. n. 20. & *seqq.* p. 19. *recent.* cujus quidem Sacri Concilii Decreta dubio procul obtinent in hac Ecclesia, ex dispositione Bullæ ipsius sæcularizationis, præservantis illi omnes præeminentias, ac privilegia præterquam, quæ Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, ac ejusdem Sacri Concilii Tridentini Decretis adversantur.*

3 Tertius Denique tendit ad probandum, quòd post Bullam sæcularizationis Ecclesiæ Beatæ Mariæ ac mutuæ utriusque Ecclesiæ unionis, & incorporationis, neutra visitata fuerit per eosdem Archiepiscopos, nisi in spectantibus ad Curam Animarum, & Sacramentorum admini-

D d fra-

strationem, quodque generaliter Ecclesia Cælaraugustana se semper habuit, ac gesserit pro exempta. Sed recurrit idem defectus irrelevantiæ, quia, quatenus etiam ex hoc contendatur elici observantiam interpretativam, adhuc ista non suffragatur quoniam à die præfata Bullæ secularizationis usque ad hodiernam litem effluerunt pauci anni. Et consuetudo etiam interpretativa, quando (prout hic) est contra Juris dispositionem, debet esse legitime præscripta, ut docent Anton. de Butr. in cap. cum dilectus num. 18. vers. ita, & in quantum de consuetud. Soccin. Sen. conf. 260. n. 19. lib. 2. Rota dec. 13. n. 4. part. 3. coram Put. & dec. 60. n. 11. & 12. p. 11. recent. Ponderando propterea, quod observantia pro majori parte temporis contigit in vita Archiepiscopi antecessoris, cujus negligentia non est apta præjudicium inferre Ecclesiæ, & successori, ut dixit Rota dec. 144. n. 5. coram Coccin. & decif. 342. n. 3. coram clar. mem. Card. Cerro.

4 Et facilius moti fuerunt Domini ad remissionem denegandam, quoniam Capitulum ob prærecentitam apprehensionem quasi possessionis libertatis in Tribunali Laico præbuit impedimentum, ne Reverendissimo Archiepiscopo decerni posset manutentio, quæ alias ex sola Juris assistentia debuisset illi decerni in usu, & exercitio suæ Ordinariæ Jurisdictionis, etiam non confitito de possessione, juxta Text. in cap. cum persone de privileg. in 6. Marefcot. var. resol. lib. 6. cap. 11. num. 1. Addens ad Ludovif. dec. 312. Rot. dec. 346. n. 3. & dec. 506. n. 2. coram Coccin. dec. 536. n. 6. & seqq. coram Duoz. Jun. & in Leodien. Jurisdictionis 15. Martii 1688. S. Etenim coram. bon. mem. Rondino, & in Brixien. Jurisdictionis 5. Junii ejusdem anni S. fin. coram R. P. D. meo Capraya.

Et ita decifum fuit utraque, &c.

EADEM CORAM EODEM.

Veneris 8. Februarii 1682.

ARGUMENTUM.

Episcopus pro-explenda Visitatione habet juris assistentiam in omnibus Ecclesiis

suæ Diocesis. Privilegium exemptionis Ecclesiæ à jurisdictione Episcopi extinguitur per secularizationem, & erectionem in Cathedralem.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopi in Visitatione quaruncunque Ecclesiarum suarum Diocesan habent juris assistentiam. Episcopi visitant Ecclesias Cathedralis, non obstantibus exemptionibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ibi.
- 2 Unio Ecclesiarum tribuit privilegia pinguiora.
- 3 Privilegium exemptionis extinguitur per mutationem status Ecclesiæ, & num. 4. Privilegium corrumpit ex defectu intentionis Papæ, ibi.
- 5 Scientia Papæ ubi requiritur certa, & irrefragabilis, non sufficit possibilis, & equivoca.
- 6 Privilegium titulo oneroso concessum, non subjacet revocationi. Privilegium non dicitur onerosum ex solutione facta pro componenda, ibi. Privilegium etiam onerosum resolvitur si contingat extingui ex dispositione legis generalis, ibi.
- 7 Idem est non esse, & non apparere.
- 8 Clausule sublata &c. & Decretum irritans evanescunt cum evanuit privilegium.
- 9 Privilegium concessum Regularibus, evanescit illis sublatis.
- 10 Ex proæmio privilegii rectè desumitur causa finalis concessionis.
- 11 Dictio proinde designat causam ex qua Papa motus fuit ad concedendum.
- 12 Dictio propterea idem designat.
- 13 Exemptio concessa Regularibus, censetur largita ratione vitæ religiose, ceteræ autem causæ dicuntur occasionales.
- 14 Privilegium exemptionis non dicitur preservatum, quoties modificatur per verba hic expressa.

DECISIO XXIV.

CUM sub die 10. Decembris proxime elapsi, proposito duplici Dubio per me subscripto, primo scilicet super Remissoria, & altero super meritis, responsum fuerit Remissoriam esse denegandam, ac suspensa super meritis resolutio, cum ordine tamen, quod Causa desuper reproponeatur omnino in tertia Rota post Reges, dedi hodie, expectatis paulo ulterius Agentibus pro Capitulo, quo magis commode parari possent ad Causæ disputationem, Dubium *An possit Reverendissimus Archiepiscopus visitare Ecclesias Sancti Salvatoris, & B. Mariæ del Pilar Cathedralium Metropolitanam Cæsaraugustanam nuncupatam, ejusque novum capitulum; & in dictis Ecclesiis, & contra idem capitulum omnimodam Ordinariam jurisdictionem exercere, & respectivè procedere juxta formam Sac. Conc. Trid. sess. 5. cap. 6. de reformat. vel potius obstat prætenso exemptio?* Cui Domini mature perpenſis elaboratis allegationibus utrinque datis, *Affirmativè* quoad primam: *Negativè* autem quoad secundam pariter rescripserunt.

1 Moti sunt autem in hunc sensum ex generalis juris assistentia, quam habent Episcopi pro explenda visitatione quarumcumque Ecclesiarum suarum Diocesis, *can. relata, can. Episcopum, & can. Placuit 10. q. 1. cap. conquerente de offic. Ordin. & signanter Cathedralium, earumque Capitulorum, cap. 1. in princ. & h. i. de censib. in Extravag. debent de offic. Ordin. ac pro exercenda in ipsis Ecclesiis, & Capitulis omnimoda Ordinaria jurisdictione, cap. 1. cap. irrefragabili, ubi gloss. in v. Capitulum de offic. Ordin. cap. cum Episcop. eod. in 6. & cap. cum personæ de privil. in 6. Maxime post Sacrum Concilium Tridentinum, quod Episcopis restituit, ac summopere commendavit Visitacionem, & Correctionem Cathedralium Ecclesiarum, & Capitulorum, sublatis quibuslibet contrariis privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, sententiis, concordis, & juramentis, ut in sess. 6. c. 4. sess. 25. cap. 6. de reformat. ac*

referendo illius disquisitionem notat Spad. *conf. 155. n. 4. lib. 1. Rota dec. 743. par. 1. dec. 709. n. 3. p. 4. divers. dec. 105. num. 19. part. 7. dec. 254. n. 20. p. 19. recent. & decis. 109. fere per tot. coram Dunozer. Jun.*

2 Neque ad elidendam hanc juris assistentiam recurri valet ad privilegium exemptionis, quo per san. mem. Sixtum V. anno 1588. decorata fuit Ecclesia B. Mariæ, contendendo, quod illud fuerit successivè transfusum etiam in Ecclesiam Sancti Salvatoris, vigore promiscuæ, & incorporativæ unionis utriusque Ecclesiæ, factæ per san. mem. Clementem X. quæ effecit, ut Ecclesia formalis ex duabus materialibus constituta, potiat, & gaudeat privilegiis pinguioribus, ac magis proficuis alterutrius earum, ut tradit gloss. in *can. & temporis qualitas v. venire 16. q. 1. & in cap. novit. v. uniendo nō sed vacant. Ec. ubi Innocent. n. 1. Panormitan. n. 6. Imol. num. 7. Joan. de Anan. num. 3. Butr. n. 10. Fagnan. num. 3. Petr. de Perus. de Union. Eccles. cap. 1. n. 1. & seqq. Campeg. eod. tract. n. 5. & seqq. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. n. 7. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 146. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 16. n. 5. & seqq. & in puncto privilegii Exemptionis firmat Lap. in cap. cum personæ §. Si verò n. 5. de privil. in 6. ibique Gemin. n. 3. Ancharan. n. 6. Joan. Andr. n. 9. Franc. n. 4.*

3 Quandoquidem hujusmodi privilegium Ecclesiæ B. Mariæ, quod est unicum subjectum totius controversiæ, ex duplici capite caducatum fuit, ac resolutum antè ipsam unionem, primò nempe ex declaratione Cathedralitatis ejusdem Ecclesiæ, ac secundò ex ipsius sæcularizatione. Ex declaratione, inquam, ipsius Cathedralitatis, quia de tempore, quo privilegium emanavit, ignota prorsus erat Cathedralitas Ecclesiæ B. Mariæ, nedum Papæ concedenti, qui in toto privilegio, in quo etiam inservit aliud eidem Ecclesiæ elargitum per ejus Prædecessorem Clementem VII. nunquam illam nuncupavit honorabili titulo Cathedralis, sed modò Monasterium, modò conventum, modò autem simpliciter Ecclesiam. Verùm etiam ipsismet capitulo, & Canonicis præfatæ Ecclesiæ, qui in longa ferie litium,

Dd 2 tam

tam præcedentium, quam subsequendum, quas in hoc nostro Tribunali substinuerunt super diversis iuribus, & præeminentiis, contra Archiepiscopum, contra Ecclesiam Sancti Salvatoris, & contra alias Cathedralis Ecclesias Regni Aragonum, usque ad annum 1620. quod demum tempore Cathedralitatis contentio inter eandem Ecclesias promotæ, ac in Iudicium deducta fuit Privilegium semper, & ubique præsupposuerunt, & allegarunt Ecclesiam pro simplici collegiata, non autem pro Cathedrali, ut in pluribus decisionibus adductis per Informantes; imò ex defectu ipsius Cathedralitatis pluries succubuerunt in præcedentiis, & aliis iuribus præeminentialibus, ut in dec. 1619. & decis. 1651. cor. Coccin. ac decis. 284. cor. San. mem. Greg. XV.

4 Declarata igitur post annum 1620. per tres Sententias Rotales conformes, Ecclesie Cathedralitate, cessavit ipso iure privilegium exemptionis, ratione mutationis status Ecclesie, quæ per hanc declarationem transformata fuit in novum corpus cum novo Præfule, qui est Episcopus, ut tradunt communiter canonistæ in cap. cum inferior per eum Textum de majorit. & obediens. Gratian. discept. 458. n. 9. & plurib. seqq. Card. de Luca de iurisdic. disc. 10. n. 5. Rota decis. 1444. num. 6. vers. sexto allegatur coram Card. Seraphin. & in Lauretana iurisdictionis impressa decis. 313. n. 9. & seqq. p. 4. Recent. ac etiam ex defectu intentionis Papæ, qui scivisset, Ecclesiam esse Cathedralis, aut illam non exemisset, aut certè longè difficilior nimiam exorbitantiam, ac monstruositatem huiusmodi exemptionis, per quam Episcopus privatur sua Sponsa, ac membra separantur à suo capite, quod sufficit ad hoc, ut privilegium corruat ex defectu intentionis, cap. ceterum 3. de Rescript. Abb. in cap. ad aures 8. n. 5. eod. tit. Lotter. de re Benefic. lib. 2. q. 54. n. 13. & 14. Rot. dec. 225. §. n. 5. part. 7. decis. 205. n. 5. & 6. p. 13. dec. 235. n. 16. p. 15. rec. dec. 612. n. 29. coram Caval. & in Januen. Abbatiæ 8. Junii 1676. §. Non obstat, coram me. Præsertim quia post Concil. Trid. vix forsitan allegari valet casus, quo per Sedem Apostolicam concessa fuerit similis exemptio.

5 Nec scientia Cathedralitatis in Sixto Elici valet ex eo, quod ipse moram traxerit in Hispaniis, quod versatus fuerit in historiis, & antiquis documentis, ex quibus Cathedralitas plenè firmata fuit in decisionibus desuper emanatis, quodque demum in privilegio Clementis VII. per ipsum recensito, agnoverit, illam denominatam Hispaniarum Primam, siquidem mora facta in Hispaniis nihil influit ad scientiam Cathedralitatis, quæ ex præfatis latebat ipsiusmet Ecclesie Canonicos in Hispaniis natos. Generales autem exercitationes, & studia in historiis, ac veterum traditionibus nullum pariter adminiculum præbent notitiæ rei particularis, de qua agitur, ac denique denominatio Hispaniarum Primæ, satis congruè verificatur in prima quoad fundationem, absque eo, quod trahatur ad primam quoad dignitatem, & jurisdictionem, videlicet Cathedralitatem. Et tamen ad effectum, de quo est quæstio, durationis privilegii tam excessivi, scientia Cathedralitatis in Papa probari debet undique certa, & irrefragabilis, neque sufficit possibilis, & æquivoca per Text. in cap. nonnulli de Rescript. & in cap. quod translationem de offic. leg. ad tradita per Butr. conf. 19. n. 9. Barbol. de iur. Eccl. l. 3. cap. 26. §. 3. n. 41. Rot. dec. 214. n. 5. p. 2. dec. 213. n. 19. p. 12. recent. dec. 181. n. 7. coram bon. mem. Card. Cerro, & in Carpentoract. Decimarum 27. April. 1678. §. Quo verò, coram bon. mem. Rondinino.

6 Non obstat, quod privilegium obtentum fuerit prævia solutione notabilis pecuniarum summæ titulo compositionis, quasi quod ex hac causa effectum fuerit onerosum, itaut non subiaceat revocationi, ut innuit Rota dec. 711. num. 2. part. 4. divers. & decis. 1082. num. 3. coram Seraphin. quoniam privilegium dici nequit, onerosum ex solutione facta pro compositione, utpotè, quæ nunquam æquivalet privilegii valori, ut puncto notat Garz. de Benefic. part. 6. cap. 2. num. 194. Barbol. claus. 8. num. 18. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. disputat. 16. quæst. 12. num. 14. & firmavit. Rota decis. 457. num. 17. part. 1. diversor. ubi quod hæc opinio fuit semper in praxi servata. Et in omnem casum conclusio forsitan urgere posset, ubi ageretur

tur de privilegii revocatione proveniente ex facto Principis particulari, in quibus terminis loquuntur decisiones in objecto allegatæ, secùs autem quando, prout hic, agitur de revocatione, seu magis proprie loquendo, resolutione privilegii contingente ex dispositione legis generalis: nam in his terminis resolutio locum sibi vindicat quandocumque privilegium sit onerosum, ut tradit Bald. in leg. final. vers. nam video, ff. de Senator. Roland. conf. 1. n. 137. Gozzadin. conf. 5. n. 21. Menoch. conf. 112. n. 3. & conf. 350. n. 10. & 11. Surd. conf. 210. n. 63. & seqq. Bec. conf. 56. nu. 44. & duobus seqq. Rot. dec. 457. n. 15. par. 1. divers.

7 Minùs relevat, quod ex capite supervenientis Cathedralitatis expiret privilegium exemptionis, duntaxat in casu quo illius qualitas imprimatur de novo, non autem in casu, quo, ut hic detecta fuit jam impressa, licet adhuc latens, & ignorata. Quoniam in utroque casu viget eadem ratio mutationis status Ecclesiæ, quæ non stat in actu materiali, & physico, sed in declaratione Papæ, atque hominum opinione: paria enim sunt in jure nostro non esse, & non apparere, juxta Text. in leg. duo sunt Titii, ff. de Testam. tutel. Rota in Leodien. Canonatus 3. Junii 1680. §. fin. coram bon. mem. Pauluccio. Neque casus variatur ex eo, quod ante detectionem Cathedralitatis, Ecclesia subiecta esset immediatè Papæ, non autem Prælato inferiori ab Episcopo, in quibus terminis esset ratio insinuata in d. cap. cum inferior. de Majorit. & obedient. quod scilicet inferior jurisdictionem exerceat in Superiorem. Hæc enim ratio reddita fuit in eo Textu, quia ibi agebatur de Archidiacono, qui jurisdictionem ad se spectantem in Monasterium, retinere præsumebat post illius electionem in Cathedrali, tam in ipsum, quàm in Episcopum; at ubi, prout in hac hypothefi, Ecclesia ipsa post declarationem ejus Cathedralitatis allegat Priorem illius exemptionem adversùs Episcopum, obstant etiam aliæ rationes superiùs adductæ, ac per Scribentes in d. cap. potissimum ponderatæ, nempe mutationis status Ecclesiæ, & Conjugii spiritualis inter ipsam, & Episcopum, quæ æquè obtinent, sive

Monacelli Form. Pars II.

Ecclesia præcedenter subesset inferiori, sive Superiori.

8 Nec demùm turbant clausulæ privilegii tolentes omnem quemcumque defectum subreptionis, obreptionis, & intentionis, munitæ clausula *sublata*, &c. & decreto *irritanti*; quia dum idem privilegium ob tam insignem Ecclesiæ mutationem evanuit ex superiùs firmatis, ita etiam evanuerunt omnes clausulæ, quæ sunt illi famulatoriæ, ad Text. in Clem. unic. de concess. præb. Gabr. de claus. concl. 3. n. 82. Rota coram Cassador. decis. 10. n. 4. super Regul. Cancell. & decis. 32. num. 12. part. 6. & decis. 247. num. 9. part. 11. rec. Prout nec etiam decretum anni 1669. datum in hodierno Summario Capituli num. 5. quia illud mandat quidem Archiepiscopum parere Brevi san. mem. Alexandri VII. super alternativa functionum in utraque Ecclesia, non obstantibus per eum deductis in precibus Sanctissimo oblati, in quibus inter cætera recensit exemptionem Ecclesiæ B. Mariæ, sed nullibi dicit, an exemptio non obstet, quia scilicet daret cum Ecclesiæ Cathedralitate, vel potius quia per canonizationem Cathedralitatis abrogata remanserit.

9 Et factò etiam sæcularizationis privilegium exemptionis defecit, quoniam illud concessum fuit Ecclesiæ tanquam Monasterio Canonicorum Regularium, & ex causa finali Regularis Instituti, quod in ipso vigeat, prout passim hujusmodi exemptiones Regularibus indulgere consuevit Sedes Apostolica, ut testatur Gloss. in Clement. 1. versio. proprii de rebus Eccles. non alienan. Campanill. divers. Jur. Can. rub. 12. cap. 16. num. secundo, Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 105. num. 3. Card. de Luca de jurisdict. discurs. primo, num. quinto, unde sublata de medio regularitate, tollitur privilegium, cap. Abbate 25. in fin. ubi Innocent. prope fin. Abbat. num. 16. versio. Item dicit, Hostiens. num. 17. Butr. num. 22. Gonzal. Tell. in fin. de verbor. significat. Oldrad. consil. 267. num. secundo, vers. sed ubi tantum Rebuff. conf. 105. num. 2. & seqq. & num. 9. Suarez de leg. lib. 8. cap. 33. Non obstante quacunquæ asserta illius realitate, ac perpetuitate, quia stante Regularitatis in-

Dd 3 tui-

tuitu, intelligitur quatenus Regularitas perseveret, ut bene explicat Jo: Andr. in cap. cum persona num. 6. vers. qui verum dixit, Geminian. in d. cap. §. Si vero num. 3. vers. refert Fratrem Jacobum, Ancharan. num. 6. post med. de privil. in 6.

10. Nec ambigi valet, quin qualitas Monasterialis Ecclesie, ac status, & observantia Regularis fuerint causa finalis privilegii, id enim clarè colligitur ex omnibus illius partibus, primò scilicet ex parte proemiali ibi -- *Circumspecta Romani Pontificis providentia, &c. contentiones, & lites, quæ Regularium personarum quietem, & tranquillitatem perturbare consueverunt, è medio submovent, ut personæ ipsæ, nullare, quæ eas à Divino Cultu advocet, præpediat, secundum Ordinum suorum Regularia Instituta, tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum, &c.* Ex proemio siquidem rectè desumitur causæ finalis privilegii ad Text. in leg. fin. ff. de hered. institut. Gomez in Regul. de Annal. quæst. 1. num. 1. & 2. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. §. 7. probem. num. 122. Cocker de jurisdic. in Exempt. part. 3. quæst. 7. n. 3. Rota decif. 229. n. 15. coram san. mem. Alexandro VIII. & decif. 668. num. 4. coram bon. mem. Cardin. Cerro.

11. Secundò ex parte narrativa, sive expositiva status Ecclesie ibi -- *Proinde nos attendentes quod videm Prior, & Canonicum dictum Ordinem tunc professi intra septa Monasterii vitam degunt, habentque suam immediatè Prælatum, videlicet dictum Priorem de triennio in triennium à dicto Conventu juxta Indulta ab eadem Sede eis concessa eligi solitum, in cujus manibus professionem emittunt, ac illius correctioni, & obedientiæ, tum in respicientibus Regularum observantiam, cum in aliis nonnullis subsunt, quodque contentiones sæpè numero inter Prælatos immediatos Regularium Ecclesiarum, ac locorum Ordinarios super exercitio jurisdictionis utriusque competentis exoriri, ac pleraque gravamina à secularibus personis, Religiosis, ut plurimum inferri consueverunt, nec non quod Diocesis Cesaraugustana est ampla, ac in Regno Aragonum adsunt alia Monasteria ejusdem Ordinis exempta, &c.* Ponderando primordiale illam dictionem proinde, quæ

est designativa causæ, ex qua Papa motus fuit ad concedendum, ex firmatis per Barbof. dictjon. 293. Gratian. dec. March. 60. n. 2. Rota dec. 1471. n. 46. cor. Coccin. & decif. 469. n. 11. coram Buratt.

12. Tertiò demum ex parte conclusiva, sive exemptiva ibi -- *propterea quieti communi Religiosorum occurrere &c.* Et rursus ibi -- *Monasterium B. Mariæ, & Ecclesiam hujusmodi, ac illius Prioratum, Dignitatem, & Officia Regularia ipsius Monasterii B. Mariæ, Portionarios, & Beneficiatos nunc, & protempore existentes intra Clausura dicti Monasterii in B. Mariæ degentes, & habitantes, &c. omnino, & perpetuo eximimus, &c.* Patet enim respectus ad Regularitatem ex eo, quod exemptio nominatim directa, seu collata fuit in ejus Monasterium, & ejus Religiosos, cum toties repetita qualitate Religiositatis, Conventus, & Monasterii. Ac rursus ex eo, quod specificè restricta fuit ad degentes, & habitantes intra Clausura Monasterii.

13. Neque in contrarium urget, quod inter causas privilegii narrata fuerit etiam illa litium, & controversiarum, celebritatis Ecclesie, & cultus fidelium, quod deficit in illo clausula dummodo Regularis ordo servetur, quodque demum exemptio concessa fuit nedum Monasterio, ac Religiosis, & eorum bonis, verum etiam secularibus personis intra illius Clausura degentibus: quia quòs agit de exemptione Monasterii, ejusque religiosorum, semper causa finalis exemptionis censetur ratio vitæ Religiosæ, cum ex hac etiam Summi Pontifices plerumque moveantur ad exemptiones Regularibus impertiendas. Cæteræ autem causæ censentur accessorie, seu potius occasionales, & impulsivæ, ut de causa litium, & controversiarum tradit Cocker de jurisdic. in exempt. p. 3. q. 7. n. 2. & de altera cultus fidelium Rota in Hispanen. Decernum de Xeres 17. Aprilis 1679. §. Quibus non adversatur, coram clar. memor. Card. Matthejo. Defectus præfata clausula dummodo, &c. (ultra quod petit principium) nihil officit, cum non semper in Regularium privilegiis apponi solet, ut constat ex pluribus collectis apud Lezzam. Oper. moral. tom. 3. Et demum exemptio bo-

bonorum Monasterii, sæcularium personarum in eo degentium: famulatur eademmet causæ motivæ Regularitatis, prout etiam patet ex eo quod, ut præfertur, respectu sæcularium personarum exemptio limitata fuit ad degentes intra Claustra Monasterii.

14. Nulla denique vis fieri valet in præservatiua privilegiorum, & exemptionum Ecclesiæ contenta in litteris sæcularizationis, quia illa fuit successivè modificata quoad ea, quæ (ut sonant verba præcisa) sunt in usu, nec revocata, nec sub generali revocatione comprehensa, nec status sæculari, & Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, necnon Concilii Tridentini decretis adversantur, prout certè ex huc usque firmatis, & generaliter revocata, & cum statu sæculari incompatibilis, & præfatis omnibus Canonibus sanctionibus adversa est exemptio, de qua agitur imò ex eisdemmet litteris sæcularizationis exemptio videtur adempta potius quàm confirmata, cum in illis expressa legatur lex, sive conditio, quod in omnibus, in quibus non fuisset specialiter derogatum, servarentur litteræ alterius sæcularizationis Ecclesiæ S. Salvatoris, quæ (ut ex earum lecturâ constat) præferunt explicitam subjectionem Ecclesiæ, & Capituli, Jurisdictioni, ac Visitationi Archiepiscopi.

Et ita &c. Utraque, &c.

EADEM CORAM EODEM.

Veneris 13. Junii 1692.

ARGUMENTUM.

Privilegium exemptionis Ecclesiæ, & Collegii à jurisdictione Episcopi resolvitur per sæcularizationem, & erectionem in Cathedralam. Conjugum Spirituale Episcopi cum Ecclesia Cathedrali quomodò accipiatur, ostenditur.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia Collegiata erecta in Cathedralam, efficitur novum corpus cum no-
vo capite.

2. Ecclesia, quæ per transformationem effecta fuit novum Corpus, subjici debet suo capiti.

Ecclesia Cathedralis cum Episcopo facit unum Corpus, quemadmodum Vir, & Uxor dicuntur unacaro, ibi, & num. 3.

4. Ecclesia inferior Collegiata, aut Conventualis si auctoritate Papæ erigatur in Cathedralam, ipso facto fit exempta à jurisdictione Prælati Episcopo inferioris, & n. 5.

6. Contractus spiritualis conjugii, quod Episcopus contrahit cum Ecclesia Cathedrali, quomodo sit intelligendum, num. 7.

8. Solutio quæ fit nomine componendæ, nunquam equivaleat privilegii valori. Clausula effrenatæ privilegii semper famulantur gratiæ, & cum ea evanescent, ubi defectus intentionis concedendi adest, ibi.

9. Exemptio concessa Regularibus, cessante Regularitate cessat exemptio.

10. Canonæ, & Concilia quoties non sunt abrogata, seu abolita semper exemptioni resistunt, licet eorum resistentia propter auctoritatem Papæ reddatur inefficax.

DECISIO XXV.

Quoniam in decisionem edita sub die Octava Februarii proxime elapsi, firmatum fuit, privilegium Exemptionis anno 1588. concessum per sanctum Sixtum V. Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar, non obstare Reverendissimo Archiepiscopo, quominus ipsi visitare valeat Ecclesia S. Salvatoris, & Beatæ Mariæ Cathedralam Metropolitanam Cæsaraugustanam nuncupatas, earumque novum Capitulum, ac in eisdem Ecclesiis, contra idem capitulum omnimodam Ordinariam Jurisdictionem exercere, ac respectivè procedere juxta formam Sac. Conc. Tridentini sess. 5. de reformat. cap. 6. cum fundamentum, quod

D d 4 illud.

Die 23. Augusti 1692. S. Concilii decrevit. Possè Archiepisc. visitare, & alia peragere juxta Votum Rotæ.

illud jamdiu caducatum, ac resolutum fuerit per geminos casus in eadem Ecclesia B. Mariæ subsecutos, nempe declarationis ejus Cathedralitatis, ac ipsius sæcularizationis; Capitulum in hodierna causæ repropotione totum laborabat in ostendenda in-subsistentia hujusmodi fundamenti, contendendo per subtiles ponderationes, & argumenta, quod neuter ex præfatis casibus operetur de jure caducationem, ac resolutione privilegii exemptionis. Sed his minimè refragantibus placuit iterum Dominus fundamentum decisionis, quam proinde confirmandam esse responderunt.

1. Subsistit enim caducatio, ac resolutio privilegii Exemptionis per utrumque superiùs memoratum casum, tam declaratæ Cathedralitatis Ecclesiæ, quàm etiam ipsius sæcularizationis. Per casum, inquam declaratæ Ecclesiæ Cathedralitatis, quia cum Ecclesia per quingentos annos circiter ante hujusmodi declarationem semper fuerit in opinione simplicis Collegiatæ, & immediatè subjecta Priori Regulari, per declarationem qualitatis Ecclesiæ Cathedralis, transformata fuit in novum corpus cum novo capite, quod est Episcopus, ut notant communiter Canonistæ in cap. cum inferior, ac signanter Innoc. n. 2. Hostiens. n. 12. Abb. n. 1. vers. sed hæc solutio de majorat. & obedient. Gratian. discept. forens. 458. n. 9. & seqq. Rota in Lauretana jurisdictionis impressa decis. 313. n. 9. & seqq. p. 4. recent. Non obstantem, quod declaratio de sui natura non faciat novitatem, seu mutationem, quia secus est in casu diversæ praxis, & observantiæ præcedentis ipsam declarationem, nam in his terminis declaratio dicitur novativa, seu immutativa, si non inspecto primordio veritatis, saltem successivo usu, & opinione, ut declarat Jason. in leg. non dubium n. 11. C. de legibus.

2. Stante autem hac Ecclesiæ transformatione in novum Corpus cum novo capite quoad solam etiam actualitatem, & æstimationem, corrui illic quævis ejus exemptio, tum ex naturali incompatibi-

litate quoad unum Corpus, quod ut præfertur, debet actu subesse Episcopo tamquam capiti, possit insimul subesse alteri capiti, seu Superiori, ut dicitur in Can. in unaquaqueque 21. quæst. 2. Can. in apibus 7. q. 1. & ponderant auctoritates mox allegatæ. Dum etiam ex defectu intentionis Papæ, qui tribuit exemptionem Ecclesiæ tamquam Collegiatæ, non autem tamquam Cathedrali. Si enim Papa scivisset illam esse Cathedralis, exemptionem ipsi non concessisset, aut certè longè difficilior ob peculiarem naturam, & conditionem Ecclesiæ Cathedralis, quæ cum Episcopo facit unicum Corpus, cap. novit de his que fiunt à Prælato, &c. atque eidem Episcopo spiritali conjugio copulatur, cap. cum inter Canonicos de elect. & cap. inter corporalia de translat. Prælat. adeò ut ipsa dicatur in Episcopo, & Episcopus in ipsa, quemadmodum vir, & uxor dicuntur una caro, cap. sicut vir, 7. qu. 1. quod fufficit ad hoc, ut privilegium cesset ex defectu intentionis cap. ceterum de rescript. cum aliis adductis in præterita decisione, §. Declarata, & nuper in Alerien. Parochialis §. Manti proximè transacti coram me.

3. Non obstat motivum noviter adductum pro parte capituli, quod scilicet actus qui per Episcopum exercentur in Ecclesia Cathedrali, sint in dupliet differentia; Alii enim Episcopo competant in Cathedrali, qua Cathedralis est ac ex peculiari instituto, & essentia Cathedralitatis, cujusmodi sunt retentio Sedis Episcopalis, celebratio Synodi, obedientia, reverentia, collatio Ordinum, benedictio Chrismatis, & Olei Sancti; ac similia; Alii verò eidem Episcopo competant in Cathedrali, non simpliciter, qua Cathedralis est, sed generaliter, qua est una ex Ecclesiis suæ Diocesis, ratione Universalis domini, & jurisdictionis, quod in eas habet prout sunt visitatio, collatio Beneficiorum, & alia, quæ non dicunt specialem relationem, seu connexionem cum ipsa Cathedralitate, quodque per declarationem qualitatis Ecclesiæ Cathedralis privilegium exemptionis expiret solum quoad primum genus actuum, quorum respectu privilegium dicitur incompatible cum novo statu Ca-

thedrali, tamquam implicans distractionem qualitatis substantialis Ecclesiæ, ac privationem Cathedralis, & Episcopum faciens non Episcopum. Secus autem quoad secundum, quorum respectu nulla subest incompatibilitas privilegii in Ecclesia Cathedrali, prout non subest in aliis Ecclesiis inferioribus, in quibus illi explicantur eodem prorsus jure, quo in Ecclesia Cathedrali.

4 Siquidem, quicquid sit de veritate hujusmodi distinctionis actuum in abstracto, illa redditur inapplicabilis in concreto casus nostri ex duplici ponderatione. Prima scilicet, quod hic non agitur de duobus privilegiis distinctis, ac separatis, quorum unum præferat exemptionem ab his, quæ sunt de substantia, & jure Cathedralis, aliud verò ab his, quæ sunt de simplici dominio, & jurisdictione, in quibus terminis intrare posset inspectio, utrum per supervenientiam Cathedralitatis caducum fieret primum dumtaxat, an etiam secundum, sed agitur de unico privilegio, complectente Universitatem exemptionis ab omni Ordinaria Jurisdictione, ac Visitatione, exceptis solum concernentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum. Cumque hæc Universitas sit quid individuum, sequitur quod si ad sensum capituli privilegium resolvitur quoad actus respicientes constitutiva Cathedralis, ratione individuitatis causæ, resolvitur etiam quoad alios profluentes ex simplici dominio, & jurisdictione, idque clarè colligitur ex censura ipsiusmet *cap. cum inferior. de majorit. & obed.* quod est magistralis, & unica sedes nostræ materiæ, in cujus casu Archidiaconus, qui in Archidiaconatu Monasterium habebat sibi subiectum, post Monasterii erectionem in Cathedralis rejectus fuit ab omni genere Jurisdictionis in nova Ecclesia Cathedrali, nulla facta distinctione inter actus involventes substantiam Cathedralis, vel potius dominium, & Jurisdictionem, imo factus fuit novæ Ecclesiæ, ac novi Episcopi subditus, ut scribit Hostien. *in dict. cap. cum inferior num. 13.* Jo. Andr. *nu. 12.* Abb. *in fine vers. quinimo*, Pirhing. *in Jus Canon. lib. 1. tit. 33. sect. 1. §. 3. nu. 30. vers. Hinc sequitur.*

5 Et secunda, quod ratio compatibilitatis, vel incompatibilitatis privilegii cum novo statu Ecclesiæ Cathedralis ponderari dumtaxat solet, & debet quoties quæstio est de nova erectione Ecclesiæ in Cathedralis, quia cum erectio præsumi debeat facta sine præjudicio tertii, vel etiam sine præjudicio Ecclesiæ, quæ in Cathedralis erecta fuit, juxta Text. *in cap. cum olim de censib. & in eodem cap. cum inferior vers. absque alieni Juris præjudicio*, & ibi Gonzal. *nu. 2.* privilegium in Ecclesia competentens alicui tertio, vel etiam Ecclesiæ ex præsumpta voluntate Papæ, censetur ipsis præservatum, nisi sit incompatible cum novo statu Cathedrali; Et hi sunt termini, in quibus, præciso Lezzana, qui hac in re procedit absque fundamento Juris, loquuntur omnes auctoritates in oppositum cumulatæ, at secus est quoties quæstio (pro ut in hoc casu) est de privilegio concessio Ecclesiæ tamquam simplici Collegiata, quam deinceps compertum fuit, esse Cathedralis itaut principaliter dubitetur de voluntate honorandi Ecclesiæ Cathedralis: Nam in his terminis: non hoc mordicus inspicere debet, an privilegium sit compatibile, vel incompatible cum novo statu Ecclesiæ Cathedralis, sed an ipsummet privilegium quod concessum fuit Ecclesiæ tamquam Collegiata, fuisset æquè facile concessum Ecclesiæ Cathedrali, quod utique nunquam affirmari valet ob præmissam rationem unicuitatis corporis, & conjugii spiritualis, quod supra ceteras Ecclesias habet Cathedralis Ecclesia cum Episcopo; Præsertim post Sacrum Concilium Tridentinum, quod speciali Cura, ac studio Visitationem, & correctionem Cathedralium Ecclesiarum, atque Capitulum Episcopis restituit, & commendavit abolendo quascumque contrarias exemptiones, & consuetudines etiam immemorabiles, ut *in session. 25. de reformat. cap. 6.* ac postquam ipsemet Sixtus in privilegio, de quo agitur, ad normam ipsius Sacri Concilii excepit ab exemptione concernentia curam Animarum, & Administrationem Sacramentorum, qui proinde de eo minus videri potest eidem Concilio derogasse, cui se conformavit.

6 Nec quicquam movet, quod Spiritua-

tuale Conjugium, quod Episcopus contrahit cum Ecclesia, non sit intelligendum cum materiali Ecclesia Cathedrali, sed cum Ecclesia formali ex omnibus Diœcesis Ecclesiis, ac Populo constituta; Quoniam, quicquid in hoc puncto dixerit Card. de Luca *de præemin. decis. 3. nu. 16.* forsitan ad opportunitatem Causæ, in qua scribebat, vinculum hujus Spiritualis Conjugii est solum cum Ecclesia Cathedrali, constante ex materia tamquam corpore, ac ex Capitulo, tanquam anima, non autem cum aliis, ac Populo Diœcesis, quæ se habent ad instar filiarum, & subditorum, ut quoad Ecclesias patet, *ex cap. Requisitis §. Secus autem; ibi -- Quoniam non est tanta Communio inter Episcopum, & inter Cappellas, vel Monasteria, seu alia loca pia, quanta est inter Episcopum, & Ecclesiam Cathedrali, cui est Spirituali Conjugio copulatus, de Testamen.* Et quoad alios de populo *ex cap. Inter corporalia §. sicut, ibi -- Inter personas eligentium, & electi Conjugium sit spirituale contractum, de transact. Episcop. prout etiam vulgo Doctores Cathedrali solum Ecclesiam vocant Episcopi Sponsam, ut videre est apud Butr. *consil. 10. n. 3.* Ancharan. *consil. 186. nu. 1.* Cassan. *in Cathalog. glor. mund. 4. part. considerat. 32. argument. 7.* Franch. *de Eccles. Cathed. cap. 6. nu. 107.* & *seqq.* non attenda replicatione, quod si peculiariter Ecclesia Cathedralis est Episcopi Sponsa, ratio conjugii postulet, quod illa regatur solum amore Pastoralis, non autem imperio, & Jurisdictione; quia hoc amplius habet Spirituale Conjugium inter Episcopum, & Ecclesiam, quod ipsam Episcopo subiicit etiam quoad imperium, & jurisdictionem, juxta *Text. in c. in princ. & §. 1. de Censibus c. 1. & c. irrefragabili de offic. Ordin. & c. cum Episcopus eod. in 6.* ita ut quæ respectu Conjugii temporalis foret absurditas privare Virum aliquo obsequiorum genere, quod sibi competit in Uxorem, ea etiam respectu Conjugii Spiritualis sit privare Episcopi imperio, & jurisdictione, quod habet in suam Ecclesiam.*

7. Prout nec turbat, quod Sacrum Concilium Tridentinum *in d. sess. 25. de reformat. cap. 6.* æqualiter obset exemptioni à Visitatione, & Correctione Episcopo-

rum tam in Ecclesiis Cathedralibus, quam in Ecclesiis Collegiatis, ibi -- *in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis &c.* quasi quod dum Papam non retraxit ab Exemptione qualitas Ecclesiæ Collegiata, verisimile sit, quod nec etiam ipsam retraxisset, aut difficiliorem præbisset qualitas Ecclesiæ Cathedralis: Maxime quia Exemptio concessa fuit ex causa litium verentium inter Archiepiscopum, & Ecclesiam, quæ solent esse causæ eximendi Ecclesias etiam Cathedrales. Quoniam par quidem est obstantia Concilii quoad Exemptionem præfatam in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, sed non par in utraque Ecclesiarum specie illius ratio. Non enim (ut sunt verba præallegati *Text. in requisitis de Testam.*) Est tanta communio inter Episcopum, & inter Cappellas, vel Monasteria, seu alia loca pia, quanta est inter Episcopum, & Ecclesiam Cathedrali, cui est Spirituali Conjugio copulatus, nec causa litium variat substantiam exemptionis, cum fuerit causa occasionalis, & impulsiva, non autem motiva, quæ ut latè probatum fuit in præterita decisione *§. Nec ambig. & seq.* fuit solum ratio instituti, & oblietvantia regularis.

8. Sublato igitur ex his præmissis novo motivo, atque omnibus animadversionibus factis in illius corroboracionem, facile corruunt objecta denuò repetita, non enim relevat, quod *Text. in cap. cum inferior de majorit.* firmans Ecclesiam Monasterialem sitam intra limites Archidiaconatus per ejus erectionem in Cathedrali solvi à Jurisdictione Archidiaconi, eam solum rationem alleget, quod absurdum sit, ut inferior potestatem exerceat in Superiorem, quodque proinde cessare debeat ejus dispositio in Casu, quo, prout hic, Ecclesia præcedenter subiecta erat Superiori, videlicet ipsi Papæ. Quoniam ultra responsionem prædicto *Textu* datam in priori decisione, ponderatum fuit, quod *Textus* nititur etiam aliæ rationi transformationis novi corporis cum novo Capite insinuatae *in cap. cum Cleric. de verb. significat. ibi -- Et si Capitulum intelligatur Ecclesiæ Cathedralis, is tamen, qui præstat hujusmodi juramentum, Episcopo tanquam capiti principaliter obligatur prout*

ut illum interpretando observant Innocent Hostien. Abb. *ibidem numeris superius allegatis*, quæ ratio æ quæ locum sibi vindicat in casu præcedentis Ecclesiæ subjectionis inferiori, ac superiori. Deinde quod Textus loquitur de nova erectione in Cathedrali, & sic in casu in quo nullus erat allegabilis defectus intentionis concedentis adversus privilegium: quod secus est (ut præfertur) in casu Cathedralitatis tempore Concessionis ignoratæ, ac postea detectæ. Nec pariter urget, quod privilegium non subsit revocationi tamquam concessum ex causa onerosa, prævia scilicet solutione notabilis pecuniarum summæ titulo Componendæ, quia, præter quod semper recurrit defectus intentionis, qui obiici potest adversus quodcumque genus privilegii, adhuc cessat etiam titulus onerosus ex eo, quod solutio, quæ fit nomine Componendæ nunquam æquivaleret privilegii valori, ut præter allegatos in præterita decisione tradit Gonzal. *ad regulam VIII. Cancellariæ gloss. 28. n. 27.* Nec demum adversantur effrenatæ clausulæ, quod adversus privilegium dari nequeat de subreptione, & obreptione, ac defectu intentionis, quoniam hæc semper famulantur gratiæ, & cum ea evanescent, neque impediunt quo minus Judex, ubi verè defectus intentionis adest de illo cognoscat, ut firmant Dec. *conf. 199. nu. 6. Lap. allegat. 7. in fine Marefcott. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. n. 169. Rota dec. 84. n. 10. vers. non obstat post secundum volumen consistorum Farinacii.*

9 Per casum denique sæcularizationis subsistit pariter caducatio, ac resolutio privilegii Exemptionis, quia cum ex latè firmatis in priori decisione exemptio concessa fuerit Ecclesiæ Regulari, & Monachis in ea degentibus, ex causa finali Regularis Instituti, quod in illa vigeat: cessante in ea Regularitate, cessat exemptio, juxta Text. *in cap. Abbate, ubi communiter Scribentes de verborum significat.* Rebuff. *conf. 105. vers. secundus casus cum aliis adductis in dicta decisione §. ex facto*, quibus non obstant plures in contrarium adducti, quia loquuntur, & procedunt in Exemptione concessa, vel loco, vel Ordini, vel utriusque, absque tamen peculiari contemplatione, & finali respectu ad

ipsam Regularitatem. Neque officit, imò potius favet distinctio, quam faciunt Suarez *de legibus lib. 8. cap. 30. nu. 6. & 7. Pirhing. in Decretal. lib. 5. tit. 33. section. 6. §. 1. vers. Limitatur tertio*, quod defectus causæ finalis tunc solum præstet privilegii celsationem, quando Causa deficit contrariè: Secus quando negativè, quoniam utique in hac hypothese celsasse videtur prorsus contrariè, quia nempe exemptio, quæ in statu Regularitatis videri potuit rationabilis, & justa, in statu Sæcularitatis evasit irrationabilis, & iniqua, tamquam subtrahens Cathedrali Ecclesiæ Episcopi Sponsam ab illius Jurisdictione, ac Visitatione, quodque plus est, non modo ipsamet Ecclesiæ B. Mariæ, verum etiam ratione illarum unionis, & incorporationis, etiam alteram Cathedrali Ecclesiæ S. Salvatoris.

10 Nec recurri valet ad præservativam privilegiorum, & exemptionum, contentam in Bulla sæcularizationis, quia illa statim modificata fuit, *quoad ea quæ sunt in usu, nec revocata, nec sub generali revocatione compræhensa, nec statui sæculari, & Sacris Canonibus, & constitutionibus Apostolicis, nec non Concilii Tridentini decretis adversantur.* Non attenda replicatione, quod nec Statui Sæculari, nec Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, neque Concilii Tridentini Decretis, adversa dici possit Exemptio, de qua agitur, tamquam munita privilegio Papæ, qui omnia potest supra quoscumque Canones, & Concilia. Quoniam quotiescumque Canones, & Constitutiones, atque Concilia non sunt generaliter abrogata, seu abolita semper dicuntur exemptioni resistere, licet alias eorum resistentia propter auctoritatem Papæ reddatur inefficax. Ultra quod si intellectus iste subsisteret, inanis prorsus, & supervacua fieret modificatio præfata, & contra mentem Papæ, qui per ipsam intendit reformationi; Nullum enim esset privilegium quantumvis exorbitans (quod esse non posset, nisi Apostolicum) quod non esset præservatum.

Et ita decisum fuit utraque &c.

R. P.

R. P. D. CAVALLERINO.

Æsina Emphyteusis.

Veneris 14. Martii 1692.

A R G U M E N T U M.

Bona Emphyteutica licet Ecclesiastica redacta ad instar allodialium, transire possunt, etiam ad manus mortuas.

S U M M A R I U M.

- 1 Bona emphyteutica redacta ad instar allodialium, comprehensa intelliguntur sub universali hæredis institutione.
- 2 Emphyteusis Ecclesie quibus clausulis dicatur concessa pro hæredibus quibuscumque.
- 3 Emphyteusis necessario renovanda, dicitur hæreditaria, & ad instar allodii.
- 4 Observantia longi temporis declarat naturam Emphyteusis.
- 5 Confessio partis probat naturam Emphyteusis.
- 6 Pactum in Investitura conventum, quod in alienatione Dominus debeat præferri, reddit illam liberam, & hæreditaria, & nu. 7. & 8.
- 7 Emphyteusis, quando est hæreditaria, hæredes instituti quamvis Extranei sint, præferuntur proximioribus, quibus post lineam finitam ultimi investiti vigore statuti facienda sit renovatio, quia intelligitur nulla per Emphyteutam facta dispositione.
- 8 Declaratio mulieris erronea, ex falso suppositio emanata, nec ipsi, nec aliis causam ab ea habentibus præjudicat, & nu. 11. & 12.
- 9 Bona Emphyteutica ad instar allodialium redacta possunt transire in manus mortuas.
- 10 Emphyteusis Ecclesie potest transire ad manus mortuas accedente consensu Ecclesie Domine directæ.

D E C I S I O XXVI.

Inter Venerabile Conservatorium Penitentium Civitatis Æsinæ ex Testamento hæredem trium Sororum de Galvanis, ac Fratres de Baldassinis, uti proximiores Canonico Philippo Baldassino legatario Margaritæ pariter de Galvanis ex dd. Sororibus ultimo loco defunctæ Orta controversia super renovatione Investituræ quorundam bonorum Emphyteuticorum sub directo dominio mensæ Episcopalis Æsinæ prodiit sententia Judicis de partibus favorabilis Conservatorio Penitentium, demandans easdem investire debere pro duabus ex tribus portionibus ad dictas Sorores spectantibus, quam successivè in secunda Instantia A. C. confirmavit. Causa deinde in gradu appellationis mihi commissæ, consului Dominos, An, & quibus, & pro qua rata debeat renovatio Emphyteusis. Quam hodie juxta normam præcedentium sententiarum esse concedendam favore Penitentiarum pro duabus ex tribus partibus responderunt.

1 Ratio resolutionis unice fundata fuit in qualitate hujus emphyteusis, quæ licet Ecclesiastica, cum tamen ex infra dicendis sit simpliciter hæreditaria, & bona de quibus agitur redacta ad instar allodialium, non dubitarunt Domini, quin ea comprehensa intelligerentur sub universali hæredis Institutione facta per Sorores de Galvanis ad commodum Penitentium ex Fulgin. de jure Emphyt. tit. de alienat. quest. 1. sub nu. 221. vers. quod venit declarand. Gratian. disceptat. 481. nu. 61. & seq. Niger. de laudem. tom. 1. quest. 12. art. 3. n. 93. il 2. Adde. ad Gregor. dec. 120. sub n. 14. vers. limita primo. Rota in rec. decis. 261. n. 7. & decis. 280. nu. 3. p. 1. & dec. 377. n. 3. & 4. p. 14. recent.

2 Quod autem versetur in simili emphyteusi ex pluribus resultare visum fuit. Et primò quidem ex formula investituræ, sub qua reperitur ea revocata Jacobo Galvano, & Fratribus pro ipsorum Filiis, & Nepotibus, tam masculis, quam feminis, cum clausula ad habend. in dispositivis amplissimè extensa, nimirum ad habend. tenend. & quidquid Investiti fa-

ere placuerit faciend. Quæ juncta pacto, quo Ecclesia domina directâ teneatur in causa alienationis consensum præstare, immutat naturam emphytheusis Ecclesiasticæ, illamque reddit transitoriam ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, ut ceteris omittis fuit dictum in alia *Æsina Immissionis* 26. Junii 1682. §. *additis clausulis cor. bo. mem. Pauluccio*, & 5. Julii 1683. §. *quo verò*, & §. *segg. cor. R. P. D. meo Ursino*. In qua ex clausulis, & verbis contentis in simili Investitura (cujus formula, ut depræhenditur ex originali est eadem cum nostra) firmatum fuit hujusmodi concessiones ab Episcopo *Æsino* fieri solitas esse absolutè hæreditarias, atque ad extraneos quoscumque transmissibiles; Ac proinde non attentis auctoritatibus in contrarium relatis probarunt Domini decisiones in specie casum definientes, ut monuit alias *Rot. cor. Buratt. decis. 87. nu. 8. & 9. & dec. 721. nu. 5. par. 2. recent.*

3 Uterius natura hujus emphytheusis non minus clare declaratur à Brevisan. mem. Urbani VIII. per extensum relato in *Summario Baldassinorum num. 1.* In illo enim prævia narratione (quod major pars bonorum in Diocesi *Æsina* existentium, licet non sint verè emphyteutica, attamen renovari, ac etiam denuò concedi solent) expressè cavetur, quod perpetuis futuris temporibus Ecclesia illorum domina directâ, nullatenus pro se retinere valeat. Cum igitur bona controversa nunquam sub directum dominium redire possint, necessario sequitur, quod intelligi debeant ad instar allodialium effecta; Ut in terminis similium bonorum Abbatie Nonantulanæ, & Farfen. ac Diocesis Mantuanæ, & Ravennaten. tradit Cardin. de Luca de *Emphyt. disc. 3. n. 23. usque ad finem*, & *disc. 9. num. 10. Rota decis. 1221. nu. 1. & segg. coram Penia*, & *decis. 87. n. 1. & segg. coram Buratt. & decis. 196. nu. 6. coram Cels. & decis. 122. nu. 2. & 3. coram Priolo*, & in *recent. decis. 377. nu. 4. part. 14.* Atque hæc interpretatio recepta pariter fuit per *Rot. in d. Æsina Immissionis coram Pauluccio §. & firmat Breve*, & *coram Ursino §. eoque magis.*

4 Tertio loco affertur observantia cen-

tum, & ultra Annorum. Abanno enim 1547. usque in præsentem diem hujusmodi emphytheusis liberè semper transivit in extraneos, habitaque ab omnibus pro simpliciter hæreditaria, ut in *Summ. Pœnitentium à nu. 13. usq. 17.* Quæ quidem observantia adeò longæva plurium confert ad naturam illius declarand. Marefcott. *var. resol. lib. 1. cap. 13. nu. 9. & seq. 4.* Mar. Antonin. *in lib. 1. resolut. 21. n. 15.* Card. de Luca de *Emphyt. disc. 28. §. final. Rot. cor. Cavaler. dec. 556. nu. 3. & coram Priolo dec. 218. nu. 5.*

5 Potissimè quia tam Canonicus Philippus, quam ipsi Baldassini hæc bona uti hæreditaria agnoverunt, permittendo etiam illa à Creditore subhastari *disc. Summ. nu. 19. litt. A. B.* Quo facto utpotè præferente confessionem partis, nulla datur efficacior probatio Rota in *disc. Æsina Emphytheusis 26. Junii 1682. §. Ideoque agnovit coram bon. mem. Pauluccio.*

6 Quarto demum id ipsum suadet aliud pactum in Investitura appositum, in quo cavetur, quod volente emphyteuta bona sibi concessa alienare, teneatur in Domino denunciare, ut si ipse infra quindecim dies à tempore petiti consensus declarasset se velle præferri pro eod. pretio, pactis, & conditionibus semper foret præferendus; ut in *disc. Summ. nu. 11. & 12.* Ex hoc autem pacto immutari naturam emphytheusis Ecclesiasticæ, & liberam censi concessam facultatem alienandi salva dicta Prælatione dixit Rota *dec. 294. nu. 6. & 7. p. 2. & dec. 26. nu. 6. part. 3. recent. & dec. 218. nu. 3. coram Priolo.*

7 Ex quibus resultare DD. existimaverunt claram concessionem ad favorem etiam extraneorum transitoriam, non obstantibus iis, quæ longo calamo fuerunt per Informantes pro Baldassinis deducta, præsertim inefficacia prædictæ clausulæ ad habendum, ac alterius cujuscumque attributæ facultatis alienandi, asserentes istam licet ampliissimam remansisse restrictam, & inoderatam ab alia clausula durante Investitura, quæ pariter in dispositivis contenta pariformiter operari deberet Rota *dec. 74. num. 8. & 9. part. 6. rec.*

8 Siquidem ad removendam instan-

ta-

taneam contrahentium correctionem obiectum evitari potest, intelligendo istam potius fuisse appositam in gratiam domini directi, ne bona eo irrequisito alienarentur, quam pro restringenda facultate alienandi investitis jam liberè concessa; quæ alioquin resultabat, vel ex clausulis amplissimè extensis, ac peculiari pacto quod semper Dominus consentire teneretur alienationi, vel ex Breve sanct. mem. Urbani VIII. ab observantia successivè declarato, vel demum ex pacto Prædationis superius examinato; Quibus omnibus simul junctis, aut prædicta clausula non relevat, ut ex decis. 1221. n. 1. & seqq. cor. Pœnia confirmata cor. Buratt. dec. 87. Aut sub silentio prætermitti potest tanquam inefficax, ut servatum fuit in sæpè dicta Æsina Immissio- nis coram Pauluccio, & coram Ursino.

Minus relevat, quod juxta formam dicti Brevis San. Mem. Urbani VIII. bona in Diœcesi Æsina existentia licet redacta ad instar allodialium, sint tamen renovanda proximioribus per lineam finitam ultimi Investiti.

8 Quandoquidem pro responsione advertebatur, quod cum agatur de Emphyteusi hæreditaria, favor proximorum allegari posset nulla facta dispositione per ultimum Investitum, quo casu in exclusionem domini directi proximior esset investendus. Secus autem in nostra hypothese, in qua habemus hæredis institutionem; Quia tunc verius est, quod hæredes instituti, quamvis sint penitus extranei præferantur proximioribus Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de renovat. quest. 1. n. 37. & seq. Marefcott. varior. resolut. lib. 1. cap. 3. n. 26. Gabriel. de Jur. Emphyteus. conclus. 1. n. 18. Rot. coram Seraphin. dec. 610. n. 10. & coram Cels. dec. 192. n. 6. & 7. & in recent. dec. 319. n. 1. & seqq. part. 5. &c.

9 Nec quidquam turbat declaratio in Codicillis facta à Margarita, quod nimirum Francisca, & Maria illius sorores prædefunctæ in earum testamentis nunquam intellexerint de controversiis bonis disponere, sed voluerint ea pertinere ad quos de jure subdens ex se Codicillatrix, quod cum esset proximior Consanguineus Canonicus Philippus Baldassinus, eidem illa omnia pleno Jure relinquebat, ut latius

in Summa Baldassinorum nu. 4. quo proposito iidem Baldassini tanquam hæredes prædefuncti Canonici prætendunt jure hæreditario illius, eis in omnem casum esse debita præfata bona Emphyteutica vigore enunciati codicilli.

10 Quoniam prædicta declaratio, quæ undequaque insubsistens detegitur, tanquam ex erronea Causa, & falso supposito emanata, nec præjudicat Margaritæ declaranti, nec Penitentibus, quæ ab ea causam habent l. finali ff. de hered. instit. Rota coram Merlin. dec. 545. num. 10. & in recentior. dec. 68. n. 16. par. 15. & decis. 735. n. 23. & seqq. part. 18. & dec. 346. nu. 10. & seqq. & n. 17. par. 19.

11 Error in facto probatur ex duplici circumstantia. Quarum prima resultat ex testamentis earundem sororum Margaritæ relatis in Summarium Penitentium nu. 1. & 2. In quibus oculariter apparet dispositio ab eis facta de Domo Emphyteutica relinquendo illius usumfructum Canonico Baldassino, proprietatem verò Penitentibus. Altera verò suadet ex nominatione in hæredem fiduciarium per dd. sorores fact. Episcopo Æsino casu, quo Penitentes non essent capaces succedendi in earum bonis; Quamobrem cum dubitatio verificari non posset, nisi in Emphyteuticis, consequens est quod de illis præcisè Testatrices intellexerint l. 4. §. toties ff. de damn. infect. Rota decis. 463. nu. 17. part. 14. recent.

12 Accedente præsertim quod Margarita ultra erroneitatem facti, erravit etiam in Jure, autumando quod prædicta Bona Emphyteutica spectarent ad Canonicum Baldassinum uti proximiorum, quod tamen ex jam deductis constat non subsistere; Undè sequitur, quod eo facilius illius declaratio sit rejicienda, & solummodo attendendum, id quod in Jure procedit Rota coram Celfo dec. 411. nu. 17. dec. 10. nu. 23. & seqq. par. 15. & dec. 204. nu. 4. par. 18. & dec. 43. nu. 4. part. 19. recent.

13 Quibus ita firmatis non relevant objecta Penitentium incapacitas retinendi bona controversa, tanquam manus mortuas: Vel quia posito, quod firmus in bonis ad instar allodialium redactis bene illa alienari, & retineri possunt etiam per

Ecclesiam, & quamcumque aliam manum mortuam ex Juribus in primo §. allegatis, quibus addi potest Rota dec. 65. nu. 7. & 8. part. 17. recent. Vel quia intercedente consensu domini directi hæc exceptio tamquam de Jure tertii ad præsens non est allegabilis, Rota coram Buratt. dec. 394. nu. 6. & dec. 65. nu. 11. part. 17. & dec. 593. nu. 9. par. 18. recent.

Et ita omiſſis aliis levioribus ponderis objectis responſum fuit utraque, parte &c.

R. P. D. P I O.

Leodien. Parochialis.

Veneris 4. Julii 1692.

ARGUMENTUM.

Regulares retinere non poſſunt in titulum Beneficium Parochiale.

SUMMARIUM.

- 1 Litteræ Apoſtolicæ ex qua debent poſtquam fuerunt juſtificatæ.
- 2 Canonici Regulares de jure communi poſſunt præfici regimini Parochialium.
- 3 Canonici Regulares quicumque ſint jure novo ſine Indulto Apoſtolicæ, non poſſunt provideri de Eccleſiis Parochialibus, ibi.
- 3 Decreta Sac. Congreg. ſunt reverenter amplectenda.

DECISIO XXVII.

1 **O** B incapacitatem Chriſtiani Bleis Canonici Regularis Ordinis S. Auguſtini ab Archipreſbytero Aquisgranen. proviſi de Eccleſia Parochiali Sancti Petri ejuſdem Oppidi Henricus Scholla è Sede Apoſtolicæ gratiam collationis præfata Parochialis reportavit, expeditiſque ſubinde litteris ſolitis; ab Executore in eis deputato ſententiam immiſſionis obtinuit, a qua ad provocationem Chriſtiani cauſa ad Rotam devoluta, cum clauſula -- *Parito litteris arbitrio*: Dubitavi de more in hodierna audientia, An intret

arbitrium pro illarum executionis retardatione, & negativè fuit reſolutum, quia cum in omnibus viſæ fuerint juſtificatæ, debita executione fraudari non debent, ita edocente Textu in cap. ſi Capitulo de conſeſ. Præbend. in 6.

2 Neque fundamentum gratiæ ab Henrico impetratæ, quod ſuper incapacitate Chriſtiani conſtituitur, meretur in dubium revocari, licet enim Innocentius Tertius adverſus Lateranenſis Concilii Sanctionem, vetantis Monachos Eccleſiarum Parochialium regimini præponi poſſe, indulſerit Canoniciſ Regularibus, tamquam laxiori regulæ inſervientibus, ut curam animarum regere valerent, eodemque retinendi Parochiales Eccleſias capaces eſſecerit per Decretum inſertum in cap. Quod Dei timore §. licet, de Stat. Monac. Attamen ideis etiam cum licentia Generalis abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Indulto hodie interdicitur, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii facta de mandato Sa. Mem. Gregorii XIII. quemadmodum uno ore referunt Nicol. in Floſcul. ver. Regulares n. 25. Sanchez ad præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 71. Quarant. in Sum. Bullar. ver. Canonici Regularis, Gavant. in manual. Episcop. verb. Canonici Regulares, Corrad. in prax. diſpen. lib. 2. cap. 1. nu. 18. verſ. Et ego vero Barboſ. in collect. ad Concil. ſeſſ. 14. de reſormat. cap. 11. nu. 5. & ſeq. & ad d. cap. Quod Dei timorem n. 3. & de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 4. nu. 79. verſ. Quare hodie, ubi allegat aliam reſolutionem Sacræ Congregationis Episcop. & Regular. quam etiam advertit Tondut. queſt. Benef. tom. 1. cap. 80. per tot. & ſignanter nu. 14. & 15. Marant. reſponſ. Jur. tom. 4. cap. 89. num. 35. & ſeq. Card. de Luca de donat. diſc. 25. nu. 6.

3 Quia imò cum in vim ſpecialis auctoritatis à S. M. Clemente X. attributæ idem ſub die 17. Martii 1671. cenſuerit Sac. Congregat. Episcop. & Regularium, ut conſtitit ex exhibitione Decreti, removeatur inde quælibet quæſtio, quia cum dictæ Sacræ Congregationis Decretum per viam univerſalis legis emanaverit, & publicè in conſuetis Urbis locis affixum omnibus innotuerit, præciſè ligat, præterquod ubi etiam pro ſimplici ipſius Sac. Con-

Congregationis resolutione esset habendum, semper tamen reverenter deberet amplecti juxta laudabilem, atque inconcussum nostri Tribunalis morem, de quo testatur Celf. *decis. 161. num. fin. & alibi frequentissimè.*

Et ita conclusum, Henrico tantum informanti &c.

E ADEM CORAM EODEM

Veneris 6. Martii 1693.

SUMMARIUM.

1 Clerici Regulares Ordinis sancti Augustini, sunt incapaces Parochialium.

Decreta Sac. Congr. Concilii indefinitè, & universaliter loquentes, comprehendunt Regulares, tam Italiae, quam Germaniae. ibi.

DECISIO XXVIII.

IN sequelam decisionis à me editæ sub die 4. Julii præteriti firmatis, non intrare arbitrium pro retardatio ne litterarum Apostolicarum ad favorem Henrici expeditarum hodie DD. responderunt esse persistendum in resolutis, ex quo eadem litteræ iterum in omnibus fuerunt visæ justificatæ, & præcipuè quoad incapacitatem Christiani ad Parochialem controversam utpotè Clerici Regularis Ordinis sancti Augustini, quemadmodum per apertissimam declarationem Sac. Congregationis Concilii, & per plura jura latè probatum habetur præfata decisione Causæ sub *S. neque fundamentum*, usque ad finem, quod decretum cum indefinitè, & universaliter loquatur, & per viam legis emanaverit, utique æquè comprehendit Canonicos Lateranenses Italiae ac illos in Germania degentes.

Nil profecto relevante asserta observantia alias in oppositum adducta, cum eadem adhuc per legitimam documenta, ut juris esset probata non extiterit, imò tantum abest quod justificari queat, ut potius contrarium convincatur ex attestazione Reverendissimi Episcopi Hierapolita-

ni Suffraganci Colonien. ex qua patet, quod juxta Constitutiones Diocesanas Archiepiscopatus Colonien. prohibetur Canonici Regulares absque Apostolicæ Sedis dispensatione Animarum Curæ præesse, quodque post ultimum Synodum Diocesanam, qui sæcularium Parochialium gubernio aderant præpositi, remoti ab hoc regimine fuerunt, atque ad propria Monasteria remissi, ut latius in prædicta attestazione exhibita Summario Henrici informantis numero unico.

Et ita Christiano etiam in hac propositione comparere recusante resolutum fuit &c.

R. P. D. MOLINES.

Hortana Parochialis.

Lunæ 4. Maii 1693.

ARGUMENTUM.

Approbatus in concursu ab Examinatoribus de facto in Synodo deputatis, (licet nulliter) & à Sede Apostolica de Parochiali provifus, ex quo expressit fuisse examinatum ab Examinatoribus Synodalibus, validè dicitur provifus, si sine dolo hoc expressit.

SUMMARIUM.

- 1 Concursus Parochialium coram Examinatoribus non Synodalibus est nullus.*
- 2 Electio Examinatorum facta in Synodo sub nomine Officii, vel Dignitatis est nulla.*
- 3 Electio Vicarii Generalis in Examinatorem cum adjuncto pro tempore vel Superioris Conventus, qui sit Magister, seu Lector Theologiae, dicitur valida.*
- 4 Approbatus in concursu ab Examinatoribus nulliter in Synodo electis, si obtinuit à Dataria Apostolica de Parochiali provifus facta expressione, se fuisse examinatum ab Examinatoribus Synodalibus sine dolo & cum*

Et cum probabili credulitate, dicitur validè provifus attentè claufula fivè præmiſſo, fivè alio &c.

5 Adverificandam narrativam, quem fuiſſe examinatum ab Examinatoribus Synodalibus, ſufficit hos fuiſſe deputatos in Synodo, quamvis nulliter.

DECISIO XXIX.

Indiſto per Epifcopum Hortanum concuſu ſuper parochiali Eccleſia Sanctiſſimi Salvatoris Oppidi Baſſanelli vacata per Obitum Petri Coraſiæ, in eo, ut magis dignus, & idoneus ad dictam curam regendam renunciatus fuit Petrus Paulus Celeftinus, qui attentò quod vacatio contigerat in menſe Februarii Apoſtoſicæ Sedi reſervato, obtinuit munitus atteſtatione d. Ordinarii litteras Apoſtoſicas collationis in forma gratioſa, quarum vigore Parochialis profeſſionem adeptus fuit. Cùm autem Felix Marianus approbatus etiam ipſe in eodem concuſu impetraſſet ſucceſſivè d. Parochialem, narrando quod proviſio in perſonam d. Petri Pauli nulla, & invalida exiſtat, quia forma Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. obſervata non fuerit, hinc delata controverſia inter Proviſos Apoſtoſicos coram A. C. Tomato, iſte tulit ſententiam quia declaravit, litteras Apoſtoſicas Felicis Mariani non eſſe exequendas, à qua appellationis cauſa mihi commiſſa, dedi dubium, an litteræ Apoſtoſicæ d. Mariani ſint exequendæ? cui DD. negativè reſponderunt. Dedit ſolutioni motivum validitas præcedentis gratiæ obtentæ à d. Petro Paulo Celeftino cujus vigore fuit conſumpta vacatio, itaut non eſſet locus ulteriori proviſioni, & conſequenter poſtrema impetratio à Mariano obtenta locum ſibi vindicare nequit.

1. Nec adverſus gratiam Celeftini meretur adduci nullitas concuſus, ob non ſervatam formam Concilii Tridentini in diſt. cap. 18. circa electionem Examinatorum, in quo diſponitur, quod ſingulis annis ab Epifcopo, fivè ejus Vicario in Synodo Diœceſana eligantur Examinatores ad minus ſex, ex quibus tres eligat

Monacelli Form. Pars II.

Epifcopus pro concuſu perficiendo in cauſa vacationis Parochialis, quæ ſervata non fuiſſe in præſenti cauſa, expoſuit Marianus in ſua impetratione, & probare ſatagebat, ex quo ultima Synodus Hortana celebrata fuit anno 1667. Ideoque Examinatores, qui intervenerunt in d. concuſu, non poſſent dici Synodales cum non fuerint deputati in Synodo celebrata quolibet anno, & licet ex d. Synodo anni 1667. ſuperſeſſent duo, qui intervenerunt in controverſo concuſu, nempe Dominicus Scaffola & Petrus Antonius Caſtra, hos non ſufficere pro illius validitate, vel quia ad minus tres requirantur, vel quia quando, elapſo anno ex ſex deputatis aliqui præcedunt, omnium expirat deputatio, & alios duos, qui interfuerunt, ſcilicet P. M. Franciſcus Varano, & Franciſcus Palea Vicarius Generalis non poſſe dici Examinatores Synodales, cum fuerint deputati in Synodo, ſub nomine Dignitatis vel Officii.

2. Etenim quidquid ſit, an forma Concilii Trident. in d. cap. 18. adimpleta dicatur; quoties in Synodo deputantur Examinatores ſub nomine Officii, vel Dignitatis, quod fieri non poſſe pluries declarafſe Sac. Congr. Conc. adducebantur Scribentes pro Mariano, & Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. à num. 134. cum pluribus ſeqq. Maſſob. in prax. habend. concur. requiſit. 11. dub. 3. num. 20. in ſin. & num. 5. Barboſ. ad Concil. Trident. d. cap. 18. num. 86. idem de offic. & poteſt. Paroch. par. 1. cap. 2. n. 56. in ſin. & in collect. 341. num. 6. Caſtopalao oper. moral. tit. 2. tract. 13. de Benef. diſp. 3. punct. 3. §. 3. num. 8. Thomas Tambur. de Cenſur. lib. 10. cap. 3. §. 2. num. 1. & ſeqq. & dixit Rot. in Toletana Parochialis coram Arigon. 10. Maii 1596. relat. per Garz. d. cap. 2. num. 341. & nuper declaravit Sac. Congregat. Concilii in Syontina Concufus 14. Februarii currentis Anni.

3. Prout omiſſio etiam, an idem procedat quando ut in cauſa, deputatio in Synodo non fuit ſimpliciter in perſonam Vicarii, ſed cum adjuncto illo *pro tempore*, ut cum alia circumſtantia reſpectu Superiorum Regularium, quod nempe ſint Magiſtri, ſeu Lectores Sac. Theologiæ, & aliquando eam legerint, quo

E e cauſa

casu personas prædictas reputandas esse pro Examinatoribus Synodalibus legitime deputatis, ex quo tunc ista electio facta per Synodum non respiciat personas incertas de incertis, & cum omnimoda incertitudine qualitatum à Concilio requisitarum, sed personas incertas de certis cum certitudine, & concludente qualitates scientiæ, & idoneitatis requisitas ab eodem Concilio, ut in Vicario Generali pro tempore, & in Superioribus Conventuum Magistris, seu Lectoribus Sac. Theologiæ, qui aliquando eam legerint valde esse deputatos defendunt Gavant. *in prax. Synod. Diœcesan. par. 1. cap. 31. de Examinatoribus §. 5. versic. fortasse valeret, & par. 4. cap. 9. num. 16. in fin. Tancred. de Religion. tract. 2. lib. 4. disp. 8. quest. 12. Diana oper. moral. tom. 3. tract. 3. resol. 96. per totum, & in Summa verb. Examinare, Vilalobos in Summ. Theolog. & mor. tract. 8. post difficultat. 5. de Examinatorib. Synodalibus num. 3. med. Urtad. resol. mor. tract. 12. resol. 5. num. 65. de Examinatorib. Synodalib.*

4. Quæ omnia DD. non necessaria examinanda in præsentis casu censuerunt, cum pro substinenda gratia Celestini, qui exposuit se esse examinatum ab Examinatoribus Synodalibus sufficiat, quod ad talem expressionem devenerit absque dolo, & fraude, & cum probabili credulitate, & communi opinione reputante eos, qui illum examinerunt esse Examinatores Synodales comprobata, nedum ex generali observantia plurium Diœcesum; verum etiam particulari hujus Diœcesis, quibus concurrentibus, & juncta clausula sive *Premisso*, sive *alio quovis &c.* substinetur gratia Celestini, quamvis dubitaretur de validitate Concursus, cum per hanc clausulam censeatur Papam providere voluisse, etiam in casu nullitatis Concursus, cum per illa comprehendat quemlibet alium vacandi modum ultra expressum, excluso tamen dolo, & data justa credulitate, & communi reputatione, ut dictum est, quæ facit Jus leg. *Barbarius ff. de Offic. Prætor. ut in similibus tenet Parisius de Resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 137. Genuen. in prax. cap. 109. §. Declaratur quinto, Lotter. de re Beneficiaria*

lib. 3. quest. 8. num. 68. cum seqq. Faber. in eodem lib. 5. tit. 2. definit. 4. Rota decis. 5. in fine de Præbend. coram Cassadoro, & in Pampilonen. Parochialis 29. Aprilis 1591. relat. per Guarz. de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 87. in fine, & in Hipporifien. Canon. catus, & Præben. 22. Octobr. 1584. coram Orano, & conferunt deducta in Eugubina Canon. catus 10. Martii 1690. cor. Reverend. Hispaniarum Nuncio.

5. Absque eo quod opponi valeat, quod ut operetur clausula, sive præmissio, sive alio quovis modo necesse sit, narrativam, in qua cadit controversia, verificare factem de facto ex deductis in decis. 732. num. 4. ad 6. coram Ubaldo, & decis. 561. num. 34. coram Bichio, quia pro parte Celestini justificantur, eos, qui ipsum examinerunt in concursu, fuisse de facto deputatos Examinatores in Synodo, & uti Examinatores Synodales publice haberi quod sufficit pro verificanda narrativa de facto dict. decis. 732. num. 6. coram Ubaldo, & dict. decis. 561. num. 30. coram Bichio, an autem deputatio istorum sit ritè, & legitime facta dependet a Jure, quod nihil habet agere cum justificatione narrativa de facto, & casus decis. 732. coram Ubaldo, est longè diversus à præsentis, dum ibi non omnes Examinatores, qui intervenerunt examini fuerunt deputati in Synodo, sed aliqui electi per Ordinarium extra Synodum, in quibus etiam terminis loquitur decis. 561. coram Bichio, & decis. 476. coram Buratto, neque de facto poterat verificari narrativa, quod Examen esset celebratum per Examinatores Synodales deputatos in Synodo.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O .

Romana Pensionis.
Lunæ 15. Martii 1694.

A R G U M E N T U M .

Congrua scutorum centum à Concilio Tridentin. Rectoribus Parochialium reservata, intelligitur de moneta illius regio.

regionis in qua Ecclesia Parochialis existit. Decreta Sacræ Congreg. Concilii habent vim legis Conciliaris.

S U M M A R I U M.

1. Clausula dummodo centum Ducati pro Rectore remaneant intelligitur de scutis monetæ currentis.
- Valor congruæ Parochorum determinatur secundum morem Regionis in qua Ecclesia Parochialis existit, ibi.
2. Lex particularis non subjacet dispositioni legis generalis.
3. Onus Pensionis nullum infert prejudicium Ecclesie, neque fructuum dismembrationem importat, & num. 8. Parochus, qui consensit reservationis Pensionis supponitur contentus de congrua, ibi.
4. Concilium Tridentinum determinat quantitatem congruæ, & non valorem.
5. Sacr. Congregat. Concilii explicando sensum Concilii promulgat Decreta per modum legis, & comprehendit omnes alios casus, qui sub eadem ratione continentur.
6. Declarationes Sac. Congregat. Concilii, habent vim Decreti Concilii. Reservatio congruæ in scutis centum semper intelligitur de moneta currenti, quoties non fuerit addita illa particula auri, vel similitum, ibi.
7. Congrua assignata pro Ecclesia differt à congrua debita Rectore.
8. Expense pro oneribus, & servitio Parochis taxantur in sc. 30.
10. Sententia à qua non fuit reclamatum facit statum quoad omnes, donec sublata non remaneat.

D E C I S I O X X X.

Quæ divisim pro faciliore causæ resolutione prius examinata fuerunt, hodiè infimul unita proposui, & quoad congruam Domini steterunt in decisio comam me sub die 10. Aprilis 1693. circa verò onera censuerunt illa esse detrahenda pro Summa in Sententia R. P. D. Vicegerentis specificata.

1. Resolutum quippe fuit congruam reservatam Parocho in impositione pensionis ex solita clausula — *Dummodo* 100. Ducati pro Rectore remaneant intelligendam esse de scutis monetæ currentis, & non in auro juxta generalem dispositionem Sac. Conc. Trid. *sess. 24. cap. 13. de reform.* in qua sancitum fuit, quod Parochiales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum 100. non excedunt secundum Communem valorem nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur; arguendo proinde à contrario sensu illas Ecclesias gravari posse, quæ talem summam excedunt, idemque etiam desumptum fuit ex particulari declaratione Sac. Congregationis Concilii, volente, quod hîc in Urbe illa scut. 100. reservata à Concilio pro congrua Parochorum intelligi debeant de scutis monetæ Juliorum ducem pro quolibet scuto. Cumque ex his duobus principiis habeamus certam quantitatem, & determinatum valorem, satis provisum videtur non minus Parochis, quam Pensionariis, neque illis ulla remanet reclamandi facultas, etiamsi in totum id, quod excedit summam præscriptam proprias Ecclesias gravatas reperiant; Ideoque in sequelam istorum decretorum apud Doctores Communis invaluit opinio valorem congruæ determinandum esse secundum morem illius regionis in qua Ecclesia Parochialis existit; Nam cum talis Congrua reservata sit pro sustentatione Parochi à loco desumenda est; in quo necessaria sunt comparanda, ut præter auctoritates in alia decisione allegatas advertunt Gom. *in regul. de valor. exprimen. fol. mibi 464. vers. nam Romæ*, Lotter. *de re benefic. lib. 1. quest. 11. num. 27.* Pirr. Corrad. *in praxi benefic. lib. 5. cap. 1. n. 35.* & Rota *cor. Greg. decis. 507. num. 6.*

2. A tali determinatione Scribentes pro Parocho in præsentî disputatione illam tantum eximere prætendebant vigore Brevis *san. mem. Paul. V.* ex quo in unionè duarum Ecclesiarum facta huic Ecclesiæ eidem assignata reperiantur scuta in auro, idèdque tanquam quædam lex particularis subjecta non remaneant sub dispositione legis generalis.

3. Nam etiam in præcedenti dictum
Ee 2 fue-

fuerat, quod hic non agitur de minuendis redditibus Ecclesiæ, sed tantum cedit in altercatione, an, & quæ Congrua remanere debeat pro Parocho. Quapropter in casu isto nulla est habenda ratio de dicto Breve sicut neque de illo ulla fuit facta mentio in Impositione pensionis, quia nullum Ecclesiæ inferebatur præjudicium, cum onus pensionis temporale sit, & nullam dismembrationem importet redditum Ecclesiæ assignatorum, sed tantum agitur de majori, vel minori utilitate Parocho, cui satis consultum est eum reservatione Congruæ Conciliaris, & maxime quando Parochus consensit propriam Ecclesiam gravari, vel de illa ita gravata providere voluit, quia supponitur contentus de tali stipendio pro illius servitio.

4. Ulterius opponebatur, quod cum Concilium determinet tantum quantitatem, & non valorem, & decretum Sac. Congregationis sit valde posterius reservationis hujus pensionis, quando etiam tale decretum habendum esset pro lege, quod exadverso impugnabatur, & prætendebatur emanatum solum in eo casu, & cum illis circumstantiis. Ideoque ad omnes non esse referibile, dicendum sit Pontificem neque potuisse excogitare de tali limitatione superventa, sed potius voluisse uniformare cum Breve *Pauli V.* vel saltem noluisse præjudicare Parocho ex Jure, quod illi competeat ex propria Ecclesia exigendo Congruam in scutis centum auri.

5. Non potest enim dubitari, quod tale decretum Sac. Congregationis non sit generale; & afficiat omnes Parochos Urbis non habentes aliquam particularem clausulam in suis provisionibus, quia Sac. Congregatio illud pronuntiavit per modum legis compræhendendo omnes Parochos, dum non reflectendo ad casum particularem, de quo tunc agebatur, sed explicando sensum ipsius dispositionis Conciliaris voluit, quod illa *verba ducati 100. de quibus in cap. 13. sess. 24. de reform. in Urbe intelligi deberent de scutis 100. monetæ Romanæ, & ad ratione Juliorum decem pro scuto summ. Parochi num. 4.* Talis autem est vis legum, quæ licet unum casum determinent quando tamen generalibus verbis concepta sunt, etiam omnes

alios casus compræhendunt, qui sub eadem ratione continentur: cum ista sit anima legis, & non casus propter quem orta est per Text. in leg. *his solis Cod. de revocat. donat. & leg. illud Cod. de sacrosanct. Eccl. Bald. conf. 433. num. 6. lib. 3. Paris. conf. 23. num. 25. cum seqq. lib. 3. Gonzal. ad regul. Cancellar. §. 7. prog. num. 104. cum seqq. & Rot. cor. Carillo dec. 51. num. 15.*

6. Cum autem tale decretum nihil aliud faciat, quam declarare quomodo intelligenda sit Congrua per Concilium assignata, ut præferunt verba decreti superius adnotata: idem est, ac si usque ab initio Partes in eodem Concilio illam declarassent adnotata per Sarnen. *super Regulis de jur. quest. non tollen. quest. 13. num. 6. cum seqq. Rot. cor. Caputaquen dec. 27. n. 1. & seq. par. 3. & in puncto Fagnan. in cap. quoniam num. 42. & seqq. de confit.* Dunque Summus Pontifex in positione reservaverit tantum scuta 100. pro Rectore, dicendum est se uniformasse cum dispositione Juris Conciliaris maxime quando talis stylus Dataris, quod scilicet si in reservatione Congruæ non fuerunt addita illa particula *auro, vel similibus*, semper dicta scuta 100. intelligitur de moneta currenti, ut satis justificatum fuit in alia præcedenti decisione.

7. Nec dici potest, quod Congrua assignata pro Ecclesia eadem esse debeat etiam pro Parocho, quia si regulariter Congrua est portio debita ex fructibus Ecclesiæ pro sustentatione rectoris, non solum est quid diversum à redditibus Ecclesiæ, sed etiam minus importare debet, cum sit tantum portio, ideoque clarè convincitur, quod non debet esse uniformis, tam Congrua Ecclesiæ, quam Parochi.

8. Neque destruit horum observantiam in allegata decisione jam comprobata, ex quo Magnus Perneus controversiæ pensionis impositor statim reclamavit, alii non remanebant scuta 100. in auro, quia dicta reclamatio non fuit facta contra Pensionarium, sed adversus Ecclesiam SS. Laurentii & Damasi, attentam diminutione reportata in Congrua Ecclesiæ assignata, & eum hac Instantia bene conciliantur omnia superius deducta, nam pro Congrua Ecclesiæ, attendendum est Breve

Breve *Pauli Quinti*, neque illa potest minui, nisi facta de tali indulto speciali mentione, & Jure merito reclamavit Perneus, sed non inde inferri potest nullitas Pensionis, quia hujus impositio importat majorem, vel minorem utilitatem Rectoris non autem Ecclesiæ, & sic independenter à dicto Breve *Pauli Quinti*, sed juxtà decretum Concilii, & declarationem Congregationis venit examinari.

9. Quo vero ad onera detrahenda plura hinc inde deducebantur: Prætendebatur enim à defensoribus Parochi pro Vicecurato esse detrahenda scuta 50. jam specialiter assignata in Breve *Clementis VIII.* nec non pro aliis expensis alia scuta 147. in totum ascendenda unà cum mercede Vicecurati usque ad summam scut. 197. ulterius à tali onere pensionis præservanda esse nonnulla legata pia. E converso autem objiciebatur pro dd. expensis non esse assignanda nisi scuta 30. prout pluries in similibus causis decreverat Sac. Rota, ut videre est apud *Burrat. 418. num. 7. cum sequentibus*, & *cor. Merlin. dec. 808. n. 10.* & novissimè in *Romana pensionis 3. Julii 1685. §. Hæc igitur summa cor. Reverendissimo Mediolanen. & legata pia uti relicta Ecclesiæ esse obnoxia eidem oneri pensionis.*

10. Verum Domini inopportuna existimarunt ea omnia, quæ adducebantur hinc inde cum adisset sententia Vicegerentis inter Auctores colligantium prolata, in qua examinatis oneribus in scutis 40. auri, quàm etiam legatis piis in eorum institutione, & his quoque calculatis in scutis 30. similibus, his provisum fuit. Cumque illa quoad præcitata onera, & legata pia non fuerint in Rota impugnata à Perneo appellante, sed tantum reclamaverit super assignatione Congruæ in centum scutis auri, dictum est, quod adhuc subsistit, & facit statum contra omnes, donec contrariis remediis sublata non remaneat, per *Text. in l. Ingenium. ff. de stat. homin. cum aliis notatis per Ancharan. consil. 336. nu. 1. Covaruv. pract. qu. cap. 13. n. 5. vers. primum etenim. Surd. dec. 289. nu. 17. & Rota in rec. dec. 213. n. 13. & dec. 245. n. 26. p. 9. et dec. 321. n. 4. p. 10.*

Et ita utraque &c.

Monacelli Form. Pars II.

R. P. D. P I O.

Lunen. Sarzanen. Sponsalium.

Lunæ 28. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Sponsalia ex quibus dicantur probata, ostenditur. Ortis diffidiis Sponsalia dirimi debent.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia per mutuam utriusque partis repromissionem probari debent.
- 2 Verba di stare à quello, che il Zio, e la Madre farà, non probant Sponsalia de præsentì, neque illorum contractum.
- Promissio contrahendi Sponsalia de futuro non inducit obligationem in eundem, ibi.
- Promissio Sponsalium de præsentì, non prodest cessante alterius contrahentis repromissione simultanea, ibi.
- 3 Visitationes, & conversationes non probant Sponsalium ratificationem.
- 4 Si Sponsus dicat Sponsæ, ut cui vult nubat, ad illius favorem obligatio remissa censetur.
- 5 Si inter Sponsos oriantur contumeliæ, & diffidia Sponsalia non debent exequi, sed conceditur libertas, ut cum aliis contrahere valeant.

DECISIO XXXI.

1 **M** Archinus Nicodemus prætendens priùs legitimè contraxisse Sponsalia cum Margarita Pasquinella, ut impedimento esset matrimonio contrahendo inter dictam Margaritam, & Marcum Lombardinum, Judicium instruxit coram Ordinario loci, cui sententiam super nullitate oppositionis proferre placuit, quæ postea in Curia à R. P. D. Severolo confirmata fuit, unde delata ad nostrum Tribunal causa appellationis, eaque mihi, subscripsi dubium: *An constet de nullitate Sponsalium, itaut liceat Margaritæ nubere cunicumque maluerit,*

E e 3 quod

quod hodiè affirmativè fuit resolutum ex defectu insufficientis probationis assertorum Sponsalium, de quibus ad hunc effectum concludenter constare debuisset, & quidem cum mutua utriusque partis re-promissione, ad hoc ut ex illis publicæ honestatis impedimentum dici possit extortum ad litteralem censuram, Text. in cap. unico §. Porrò, ibique Gloss. de Spons. impub. in 6. Sanchez de Matrimon. lib. 1. disp. 5. num. 1. Vames conf. can. conf. 526. num. 11. tom. 2. Sperell. dec. 95. num. 9. Panimoll. decis. 23. num. 4. & adnot. 1. n. 1. Rota dec. 267. n. 7. par. 18. rec. cum aliis in Gradicen. Sponsalium 21. Aprilis proximè præteriti, §. Sponsalia cor. R. P. D. meo Ursino.

2. In proposita autem facti specie mutuum istum Patrium consensum desiderari satis in aperto est; Testes siquidem adducti ad justificandum inter præfatos sponsalia intercessisse, nil aliud in substantia deponunt, quam quod Capitaneus Toninus Avunculus, & Tutor Margaritæ præsentibus Matre, ac Sorore exploraverit ipsius Margaritæ animum, quæ ad se obedientem, (ut par erat) majorum voluntati ostendendam respondit -- *Che farebbe stata à quel tanto, che il Zio, e la Madre haverebbero fatto, & trattato*, ex quibus sanè dubiis, atque generalibus Puellæ verbis, vel non deprehenditur præcisa sponsalium conclusio, integram contractus perfectionem præferens, Giurb. observat. 35. num. 1. Rot. cor. Bich. decis. 638. num. 20. sed ad summum concluditur dumtaxat consensus de contrahendo sponsalia in futurum, quæ sufficiens non reputatur ad inducendam obligationem de illis ineundis, itaut intret coactio per Sacros Canones præfinita, sicuti advertunt Spada conf. 152. n. 1. lib. 2. Sanchez ubi supra lib. 1. disp. 18. num. 13. Rota dict. decis. 267. num. 5. par. 18. recent. vel denique etiam si dicta verba operarentur veram promissionem Sponsalium de præsentibus: ad nihilum tamen essent profutura, cessante simultanea absentis Nicodemi repromissione, Summario Margaritæ num. 3. ut præter autoritates supra allegatas docent Marefcott. variar. resolut. lib. 1. cap. 28. num. 3. Card. de Luca de Matrimon. discurs. 8. num. 5. & seqq., Rota

coram Buratt. decis. 303. num. 4. & coram Zarat. decis. 208. num. 21.

3. Neque sufficientia visa sunt ea, quæ deducebantur ad arguendum saltem successivum consensum Marchini, etenim præmissis, quod non versamur in casu, quod subsequens alterius ex partibus admitti debeat ad ratificationem sponsalium per antea solemniter à Procuratoribus celebratorum; dum huc absque ex prænotatis liquet non nisi simplicem tractatum de Sponsalibus habitum fuisse, non bene tamen ex actibus à Testibus recensitis, videlicet, quod Machinus frequenter ad Margaritam ventitaret, & cum ea conversaretur, illamque publicè concomitaretur, hujusmodi successivus consensus elici potest, quoniam cum iidem attribui queant causæ amatoris servitutis juxta consuetudinem regionis inter Amalios permixtæ, non inferunt certitudinaliter ad certam sponsalium ratificationem, præsertim, quia hæc signa de eo tempore aliis Juvenibus erant communia, quia Margaritæ palam quoque obsequabantur, ut in puncto Rot. dict. decis. 267. num. 16. & 17. par. 18. recent.

4. Sed ad quid ex nimis vagis, atque æquivocis signis quænam fuerit Marchini voluntas post pertractata Sponsalia, conantur eruere, quando illius positivum dissensum habemus? Is enim ut Juvenilis animi mos esse solet; frigiditate amore, nedum per triennium pro prætorum Sponsalium effectuione nunquam instetit, verum pluries apertissimam declarationem emisit à Testibus comprobata citato Summario num. 8. quod cum Margarita Matrimonium contrahere volebat, quod fit, ut data etiam veritate Sponsalium præcedentem illorum promissionem censeatur Margaritæ remississe, adeout propterea eadem in posterum cuicumque maluerit nubere valeat, per ea, quæ tradunt Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 52. num. 4. Pont. eodem tractat. lib. 12. cap. 9. & 14. utrobique num. 1. Rota coram Zarat. decis. 108. num. 22. & in rec. decis. 185. num. 7. & 8. par. 14. cui claro dissensui non adversatur vertentis litis sustentatio, tum quia (ut inquitur dicti Testes, Summario num. 8.) sis non fit

fit à Marchino, sed à Matre Margaritæ erga illum propensa; Tùm, & quia post factam ab illo prædictam animi declarationem, eamque à Margarita acceptatam, res non est amplius integra, sed semel nolitam dissolutionem omnino pati compellitur, ut notabiliter *Surd. conf. 364. num. 27. & sequentibus.*

5. Cæterum si ulla etiam superesset difficultas, cum inter Margaritam, & Marchinum supervenerint animi turbationis, & dissidia, non quidem illius generis, quæ juxtà vulgatum illud Terentii in *Adria*, amoris reintegrationem promittunt; sed quæ diuturni temporis oblivione obrui nequeunt in muliere, in qua scissa semel concordia, amplius non coalescit, dum Marchinus Margaritam conviciis vehementer lacecessit, illiusque crines divellere, & ventilia è capite, ac corallia è collo ausus fuit per vim eripere, atque per contemptum humi dejicere *dict. Summario num. 10.* ex his contumeliosissimis actibus publicè, & violenter initis, adeò exacerbatum Virginis odium in Marchinum fuscitatum fuisse existimandum est, ut æquissimo jure nè ex connubiali societate, mali exitus sequantur, fit locus libertati, quam hisce, vel similibus concurrentibus circumstantiis, etiam in casu, quo revera Sponsalia intercesserint zelo bono, Ecclesia mater benignè concedere solet, ut testatur *Rota coram Coccino dec. 437. num. 4. & 7. & decis. 889. coram Cels. decis. 374. & in recent. decis. 19. par. 10. & dec. 185. & 242. num. 13. par. 14. cum aliis per Addend. ad Pamphil. dec. 96. num. 10. & in dicta Gadicen. Sponsalium cor. R. P. D. meo Ursino S. finali.*
Et ità utraque &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Turritana Elemosynarum, seu legatorum.
Lunæ 10. Januarii 1695.

ARGUMENTUM.

Quæ legata perpetua recipere, & retinere possint Fratres Minores de Observantia Ord. S. Francisci, luculenter differitur.

SUMMARIUM.

- 1 Fratres Minores S. Francisci possunt recipere, & retinere legata relicta vini pro Sacrificiis, frumenti pro hostis, pecuniæ pro luminaribus, & pro Oleo lampadarum.
Syndicus Apostolicus Fratrum Minorum potest petere legata, quæ collata sunt ad usum Ecclesia ipsorum, ibi.
- 2 Legatum pro Sydonibus infirmorum relictum Fratribus Minoribus debetur officio Judicis, non jure actionis.
Redditus annui inter stabilia computantur.
Legata perpetua cum onere Missarum nec petere, nec retinere possunt Fratres Minores S. Francisci, sed solum recipere stipenda Missarum per modum elemosynæ manualis, vel à Judice, vel ab exequutoribus. ibi, & num. 4.
- 3 Fratres Minores S. Franc. dum Officio Judicis, vel ab Exequutoribus spontè dantibus recipiunt elemosynas pro adimplimento legatorum, debent mittere protestationem juxta monitum D. Bonaventuræ.
- 6 Legata perpetua cum onere Missarum Fratribus Minoribus relicta, est in arbitrio Judicis, & Exequutorum illa, vel legatariis relinquere, vel aliis committere.
- 7 Expressio unius illiciti, non vitiat alium licitum.

DECISIO XXXII.

Septem perpetua pia Legata Eminentissim. D. Card. de Anno 1645. Petrus Mos de Molinos favore Ecclesiæ, five Conventus, & Fratrum Sancti Petri de Syrchis Minorum de Observantia Sancti Francisci, Primùm, Librarum 25. pro suis Exequiis quotannis cum certo Missarum numero peragendis, Eminentissim. D. Card. de Anno 1645. Petrus Mos de Molinos favore Ecclesiæ, five Conventus, & Fratrum Sancti Petri de Syrchis Minorum de Observantia Sancti Francisci, Primùm, Librarum 25. pro suis Exequiis quotannis cum certo Missarum numero peragendis, 24. Maii 1697. Sac. cr. Con- p. regat. Episcop. respondit Confirmandum esse votum Rotæ, &

quod executionem super bonis Archiepiscopo Turritano, non obstante ff. Brevi Urban. VIII. anni 1635. emanato.

Secundum, Librarum 40. pro Oleo Lampadis, quæ die, noctuque ardere deberet in Cappella majoris Jurispatronatus tuæ Familiæ. Tertium, Librarum 112. pro celebratione Missæ quotidianæ. Quartum, Census librarum 300. in sorte, cujus redditus erogandus esset in emptionem Syndonum pro Fratribus infirmis. Quintum, alterius Census in sorte Librarum 500. cum onere celebrationis Missarum qualibet Hebdomada. Sextum, Librarum 28. Et Septimum, Librarum duodecim in adimplementum Legatorum Missarum à semetipso relictorum per utrumque Parentem. Solutis autem, & satisfactis hisce Legatis, in reliquis omnibus suis Bonis instituit hæredes Filios, si quando ipsos suscepisset, & si iis non susceptis, Deum Dominum Nostrum, & Animam suam, cum ordine quod de illis erigeretur in Cathedrali Ecclesia Turritana Archidiaconatus tertia Dignitas cum Dote annuarum librarum mille, ac de eo, quod superesset, tot in eadem Ecclesia Canonicatus. Erectus fuit post ejus obitum Archidiaconatus; & ad ipsum, institutus Didacus ejus Frater, qui pro tempore, quo vixit, exactè satisfecit præfatis Legatis, sed eo defuncto, Carolus ejus successor continuare renuit in eorum satisfactione, ex capite incapacitatis Fratrum, & introducta Causa in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularem Decretum prodiit tenoris sequentis, *Dandas esse declarationes sæpè alias factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere Censum, & Bona Stabilia, posse tamen recipere per viam Eleemosynæ quidquid eis traditus per celebratione Missarum, & Anniversariorum, proin-*

*de censuit committendum, prout commisit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationem in Causa procedat; quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve san. me. Clementis X. ac in ejus executionem Archiepiscopus mandavit Legata pro Oleo Lampadis, & Synodonibus Infirmorum liberè solvi Syndico Apostolico Conventus, & alia pro Anniversariis, & Missis in manibus Tertii, ad effectum de iis disponendi, prout de Jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentiss. PP. exquirere desuper Votum nostri Auditorii; Unde subscripto per me Dubio: *An, & quæ Legata debeantur? sive quæ secundum voluntatem Testatoris sint adimplenda? Eoque hodie proposito, responsum fuit, Legata deberi, & esse adimplenda juxta modum inferius exponendum.**

1. Deberi siquidem visum fuit Legatum pro Oleo lampadis, nam licet Fratres Minores ex Regula Sancti Francisci, quam profitentur & Constitutionibus san. mem. Nicolai III. & Clementis V. in cap. Exiit, & cap. Exiit de Paradiso de verb. signific. incapaces sint cuiuscunque Juris, & proprietatis, tam in communi, quam in proprio, hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu, & vestitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum, ac certum usum Cultus Divini, ut in terminis similibus Legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hostis, pecuniæ pro luminaribus, tradunt Anchaz. in dist. Clem. Exiit de Paradiso vers. cumque annui redditus num. 13. Abb. cons. 63. num. 4. lib. 2. Pellizar. in Manual. Regular. de paupert. Frat. Minor. tract. 4. cap. 3. sect. 2. num. 103. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 42. Rodriq. quest. Regular. tom. 2. quest. 126. artic. 5. per tot. Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. nu. 59.

nu. 59. & in puncto Legati pro Oleo lampadis, Menoch. *conf.* 1014. n. 37. Barbof. in *Jus Canonic.* tom. 4. lib. 5. *Clement. tit.* 11. num. 19. Camerell. de *Legat. lib.* 2. tit. 2. *de portat. num.* 40. Addent. ad *Burat. dec.* 756. num. 21. *Rot. dec.* 456. n. 27. & *seqq. coram Merlino.* Hocque Legatum uti non in Fratres ipsos collatum; sed in eorum Ecclesias, quæ sunt in proprietate Ecclesiæ Romanæ, earum nomine peti poterit per Syndicum Apostolicum Pellizar. in *Manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 4. *de Vol. Regular. cap.* 2. *sect.* 2. n. 103. 105. 110. & in *fin. Suar. tom.* 5. *de Religion. lib.* 7. *cap.* 17. num. 28. Barbof. in *Jus Canon. tom.* 4. *lib.* 5. *tit.* 11. n. 28. & *seqq.* Amostaz. de *caus. piis lib.* 4. *c.* 3. n. 78.

2. Simili modo deberi visum fuit Legatum pro Syndonibus Infirmorum: quidquid enim sit in abstracto loquendo, an Legatum Fratribus Minoribus factum pro Infirmitate sustineatur aliis affirmantibus, ut in specie Joann. de *Avan. consil.* 30. num. 5. & per tot. *Duran. de artic. restit. tit.* 1. *artic.* 11. num. 2. *Rodriq. quest. canonic.* & *Regular. tom.* 2. *quest.* 126. *art.* 4. §. *ultim.* *Dian. resolut. moral. part.* 3. *tr.* 2. *resolut.* 33. in *princ.* ut videtur fuisse de mente Rotæ *dec.* 319. num. 5. & 6. *coram Cerro,* & *Sacr. Congregationis Concilii in una Romana Donationis* relata per *Lantusch. in Theatr. Regul. verb. Legatus n. 1.* aliis autem negantibus, ut plene *Fagnan. in capit. in presentia num.* 55. usque ad 69. *de probat. Cast. Pal. tom.* 3. *tract.* 15. *disp.* 3. *punct.* 9. num. 19. *Torr. de pact. futur. success. cap.* 36. nu. 81. *Castrill. de aliment. cap.* 5. num. 29. difficultas cessat in concreto Legati, de quo agitur, quod tanquam relictum pro Syndonibus Infirmorum non pertinet ad alimoniam, seu necessariam sustentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quandam ipsorum curam, quam quæ alias illis præstari posset per eorum Conventus, quod proinde ex naturâ rei, & motivo pietatis erga pauperes infirmos videtur subsistere. Et hic forsan fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii in dicta Romana Donationis in qua agebatur de annuo legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis. Pro eo autem non competit actio Syndico Apostolico, ut

suprà, nomine Ecclesiæ Romanæ, sed solum Officium Judicis, quod succedit in locum deficientis actionis, ut per *Rodriquez dicta quest.* 126. *art.* 4. §. *fin.* *Castro Pal. tom.* 3. *tract.* 15. *disp.* 3. *punct.* 9. num. 22. *vers. deinde.*

3. Quo verò ad alia pro Anniversariis, ac Missis visa fuerunt non deberi, quia repugnat Instituto Fratrum Minorum in arctissima paupertate, ac mendicitate fundato possidere redditus annuos, qui inter stabilia computantur, ut in dicta *Clementina exivi* §. *cumque annui redditus de verb. significat.* tamen si maximè relicta fuerint cum onere celebrationis Missarum, quia possunt quidem ipsi Missarum stipendia recipere per modum Eleemosynæ manualis, non autem per modum assignationis perpetuæ; nam toti debent ab incerto pendere, totique niti providentiæ Divinæ, ut in his terminis firmant *Barbosa in dicta Clementina Exivi n.* 20. & *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. num. 77. *Fagnan. in cap. nimis prava num.* 31. usque ad 46. *de excess. Prælat. Sanchez ad præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 26. nu. 49. *Lezana in Summ. vers. legata relicta Regularibus num.* 21. & in *Mare Magnum Minorum num.* 121. *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap.* 3. nu. 79. *Cardin. de Luca de Regular. discurs.* 35. num. 17. *Add. ad Buratt. dec.* 756. num. 15. *Rot. dec.* 456. num. 15. *coram Merlino,* ac pluries declararunt Sac. Congregationes Concilii, Reveren. Fabricæ Sancti Petri, & particulari super ipsorummet Minorum negotiis deputata à san. mem. *Urano VIII.* ut referunt *Fagnan. in d. cap. nimis prava num.* 3. *Lantusch. in Theatr. Regular. verb. bona temporalia,* *Pignatell. consult. canon.* 26. nu. 7. & 8. *tom.* 3. *Torr. de pact. fut. success. l. 2. cap.* 36. num. 75.

4. Sed cum nihilominus legata hujusmodi adimplenda sint ex parte hæredum juxtâ *Text. in l. hæredes in fin. ff. de petit. hæred. ibi -- Quamvis enim stricto Jure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum tamen Principali, seu Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis, Bartol. in l. Civitatibus numer. 5. ff. de leg. 1. & in *tract. Minorit. lib.* 12. *distinct.* 7. num. 41. *Lara in l. si quis à lib.**

lib. 5. rerum num. 14. ff. de lib. agnosc. Sorb. in compend. privil. Mendic. verb. legat. in annot. ad fin. & n. 58. Cordub. in reg. cap. 6. & qu. 7. & 11. punct. 2. & 4. Roduan. de spol. Eccl. quæst. 8. nu. 47. & possit, ac debeat Judex ad id auctoritatem suam interponere, vel ex Officio, vel ad instantiam etiam cujuslibet de Populo pluribus adductis Leoncill. de priv. paup. part. 2. privil. 52. n. 5. Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. n. 56. Non refragantibus auctoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in Legatis factis sine onere, non autem in Legatis, ut hic, annexum habentibus onus celebrationis Missarum, cum non sint animæ Testatorum debitis suffragiis fraudandæ, ut declarat Amost. ubi proximè n. 74.

5. Poterunt Fratres illas recipere ab Hæredibus, seu Exequutoribus vel à Judice spontè dantibus per modum puræ, ac simplicis Eleemosynæ, ac cum ipsis satisfacere missis, aliisque oneribus injunctis à testatore, ita tamen, ut prius solemnem protestationem emittere teneantur subsignatam sigillo Conventus, & in ejus libris insinuandam, transmittendamque Hæredibus, seu Exequutoribus, quod ipsi nullum sibi jus vindicant, aut asserunt ex iisdem legatis, necnon modo non sint, sed ne videri quid possint regulæ transgressores, juxta monitum D. Bonaventuræ relatum per Fagnan. in cap. Nimis prava num. 58. in fin. de excess. Prælat. & ita expressè sentiunt Cordub. in expos. Regul. Sancti. Francisci cap. 6. quæst. 11. punct. 4. notab. 2. Rodriq. tom. 2. qq. regul. quæst. 126. art. 4. per tot. tom. 2. & in summ. tom. 1. cap. 199. verb. Eleemosyna num. 8. Miran. in expos. dict. regul. cap. 65. diffic. 12. Vilalob. in summ. 2. part. 1. tract. 35. de vot. pauperum. diff. 35. Ant. Ciacch. instit. canon. tit. 1. num. 36. & seqq. Sylvest. in summ. verb. Legatum 1. quæst. 3. num. 5. Pelliz. in manual. regular. tom. 2. tract. 4. de vot. regul. cap. 2. lect. 2. num. 42. & 95. Roxas de incompatib. par. 7. cap. 5. num. 54. Amost. de caus. piis l. 4. cap. 3. nu. 56. Barbof. in summ. Apostol. decis. collect. 446. num. 4. & constans, & inconcussa fuit opinio Sac. Congregationum, videlicet Sac. Congregationis Concilii super fundatione Conventus Victoriæ apud Fr. Joan. de Neq-

pol. in tract. de Pontif. constitut. ad Seraphic. Relig. spectan. fol. 378. Congregationis particularis Consultationibus FF. Minorum de Observantia Cismontanæ Familiæ præpositæ à san. mem. Urbano VIII. necnon Rever. Fabricæ S. Petri apud Fagnan. in sepè dicto cap. Nimis prava nu. 49. & 61. de excess. Prælat. & Congreg. Episcoporum, & Regularium, ut in resolutione edita in una Lucana anno 1677. summ. Syndici Apostolici nu. 7. litt. A.

6. Neque hoc modo offuscatur puritas regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur, non tamquam debita, sed tamquam puras, & simplices Eleemosynas, neque rursus de illis sunt omnino certi, quia semper residet in prudenti, & rationabili judicio Executorum, vel Judicis super hoc aditi perspectis circumstantiis Eleemosynarum, atque locorum pias Testatorum voluntates exequen. vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere. Immo quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si comperiant legata, seu Eleemosynas sic adauctas, ut eximant Fratres à necessitate sibi victum querendi in certa mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis per Castill. de aliment. cap. 5. num. 26. vers. propterea observo Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. num. 66.

7. Nec officit, quod in præsentī prosequutione præfatorum legatorum agat Syndicus Apostolicus, quia id urgeat, quoties Sydicus Apostolicus ageret tanquam Syndicus Fratrum non autem quoties, ut ex ejus instantia, & sententia Archiepiscopi pater, agit tanquam unus de populo, prout ex præmissis ipsi de Jure permittitur; nec pariter relevat, quod aliqua ex iisdem legatis præferant relictum sortium, quia ex eorum lectura liquet in legato principaliter fuisse annuum redditum, & fortes stare loco cautionis pro securiori, seu commodiori eorum satisfactione, & in omnem casum ex duobus expressis modis expressio unius illiciti non vitiat alium licitum, & à Jure non improbatum, ut concludit Abbas conf. 63. n. 7. vers. Non obstat argumentum l. 2. Denique non obstat quod instantia dirigatur ad-

adversus Archidiaconatum, vix hodie ob decrementum reddituum hæreditarium potientem dote annuarum librarum 500. itant æquitas non suadeat, quod iste qui jam erectus existit, extenuetur, ac subvertatur ad effectum sustentandi legata; quia (præter quod nullum documentum allatum fuit decrementi præfati) contrarium procedit, stante expressa voluntate, & iudicio Testatoris sub initio recensito, quod primitus persolvantur, ac satisfiant ipsi legata.

Et ita decisum fuit utraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Veneris 6. Aprilis 1696.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum olei pro lampade relictum Ecclesie Fratrum Minorum debet adimpleri.
- 2 Legatum Syndonum pro infirmis, seu infirmaria Fratrum Minorum non debetur sed possunt Fratres recipere annuam præstationem per modum elemosynæ ab hærede; seu Executore spontè dantibus, facta prius solemnè protestatione, & num. 3.
- 4 Fratres Minores S. Francisci sunt incapaces legatorum perpetuorum cum onere Missarum.
- 5 Fratres Minores S. Francisci non possunt quidquam habere in proprietate, nec instare coram Iudice pro executione legatorum.
Non possunt Fratres Minores neque per se, neque per Syndicum Apostolicum etiam agentem tamquam unus de populo, nec extrajudicialiter, molestare hæredem, aut executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ibi.
- 6 Legata perpetua cum onere Missarum relictæ Fratribus Minoribus incapibus, sunt ab hæredibus, & Executoribus alio meliori modo adimplenda.
Ordinarius uti Executor omnium piarum dispositionum, curare debet ut legata Missarum Fratribus Mi-

noribus incapibus relictæ, vel per eosdem, aut per alios adimpleantur, ibi.

- 7 Legata relictæ Fratribus Minoribus adfruendum, possidendum, aut locandum corrumpunt, & caducantur ad commodum hæredis.

Legata relictæ Fratribus Minorum cum onere celebrationis Missarum, remanent nulla quoad ipsos, sed onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel Executoris, ibi.

- 8 Legata cum onere Missarum relictæ Fratribus Minoribus, devolvuntur ad Fabricam S. Petri juxta modum præscriptum in Decreto Sacr. Congr. ab Urbano VIII. deputatæ.

DECISIO XXXIII.

1. **D**omini, re iterum sedulo, ac maturè discussa, steterunt in decisio sub die 10. Januarii 1695. juxta modum inferius exprimendum; Retenta siquidem divisione Legatorum, de quibus agitur in tres species, quoad illud pro Oleo Lampadis retinendæ in Ecclesia ante Cappellam de Jurepatronatus Testatoris, rursus censuerunt deberi, & esse adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum Victum & vestitum ipsorum Fratrum, sed tantum usum Cultus Divini, & majus Ecclesie ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita decisione in terminis similis legati tradunt Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 28. §. 2. nu. 17. Portell. in duab. Regular. verb. Legatum sub num. 3. Cucch. institut. Canon. lib. 3. titul. 1. num. 36. cum seqq. Marant. contro. lib. 1. respons. 41. num. 30. Barbof. de jur. Ecclesie univers. lib. 3. cap. 27. num. 76. à S. Ubald. in quolibet. Regular. quodlibet. II. num. 1117.

2. Quò verò ad aliud pro emendis Syndonibus ad usum Infirmorum, visum fuit, absolute loquendo, non deberi, utpotè collatum in ipsosmet Fratres, & Conventum per modum annui, ac perpetui Censuum, cujus illi sunt prorsus incapaces ex Regula S. Francisci quam profitentur, quamvis fuerit relictum ad usum infirmariæ,

mariae, cum pro ejus necessitatibus, & urgentiis, ipsi, ut perpenis verbis ejusdem Regulæ inquit Text. in cap. exiit, versic. in alio quoque Capitulo, & Clementin. exiui §. porro cum d. Sanctus de verb. significat. debeant recurrere ad amicos Spirituales, & sibi providere ex incerta quæstuatione, ac vivere in spe divinæ providentiæ, & de veriori sententia etiam tenent Castro Palao tom. 3. tract. 15. disp. 3. punct. 9. num. 19. Castill. de aliment. cap. 5. num. 29. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 36. num. 81. Sanchez ad præcept. decal. lib. 7. cap. 26. num. 47. Et reprobatò Anania, aliisque ejus sequacibus, latè probat Fagnan. in cap. in præsentia à n. 55. ad plures seqq. de probat. Et licet Rot. coram Cerr. decis. 319. num. 8. videatur inclinasse in opinionem contrariam, ex ejus tamen lectura apparet, non fuisse tunc examinatum articulum ex professo, sed potius tactum incidenter, & relationem fuisse stabilitam in alio fundamento penitus diverso.

3. Nihilominus tam inspecta illius speciali natura, non respiciente victum, seu necessariam sustentationem Infirmorum, sed potius majorem quamdam ipsorum curam, & solatium, quam etiam ponderata obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis, maxime circa executionem operis adeo pii; & tam enixè per ipsum voliti, non videbatur aded irritum, & improbatum in præcatis Pontificiis Constitutionibus, quin, rejecto modo illicito, non possent ipsi Fratres annum præstationem recipere per modum simplicis Eleemosynæ ab hærede, seu Executore spontè dantibus, facta priùs solemni protestatione, sibi nullum jus competere ad illius consecutionem juxta formulam registratam per Fagnanum in cap. nimis prava num. 57. de excessib. prælator. & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti decisione, ut in specie de simili legato pro pane albo ministrando Fratibus Infirmis respondit Sac. Congregat. Concilii in Romana Donationis, de qua Lantusch. in Theatr. regular. verb. Legatum num. 1. & in alia penes Nicol. in Floscul. verb. Legatum num. 1. Ita tamen, ut Archiepiscopus

tanquam Ordinarius executor quarumcumque piarum dispositionum juxta text. in cap. Nos quidem de testam. possit rationabiliter arbitrari respectu subministrationis prædictarum Syndonum juxta majores, vel minores Infirmorum indigentias & necessitates; Et quidem in ipsamet specie, seclusa ex parte, Fratrum quavis infantia, etiam per implorationem simplicis Officii Judicis, atque hoc modo obviare, ne in alios usus convertantur. Et hoc facilius videbatur dicendum, dum idem Archiepiscopus, qui fuit per Testatorem electus in executores hujus piæ dispositionis non solum non contradicit illius implemento, quinimò, procedens tanquam Judex auctoritate Apostolica delegatus pronuncia- vit per sententiam illam esse executioni demandandam; ac proinde sublata remanet cuicumque alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis Fratrum, qui alias possunt per viam Eleemosynæ recipere spontè datum ex superius firmatis.

4. Denum quoad reliqua legata pro Anniversariis, & Missis, similiter censuerunt, non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum possidendi, aut habendi quemcumque annum redditum, tanquam redolentem speciem immobilium, & repugnantem arctissimæ paupertatis eorum Regulæ juxta text. in dist. Clement. exiui §. cumque annui redditus de verb. significat. etiam si fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Missarum, cum eis non liceat habere Missarum stipendia per modum annuæ, & certæ assignationis, utpotè destructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani quæstus, sed tantum per modum manualis Eleemosynæ pendentis ab incerta fidelium largitione, & pietate, ut communiter tradunt Lezan. oper. tom. 2. verb. Legata num. 21. Sanchez ad præcept. Decalog. dist. cap. 26. num. 44. Pignatell. consult. lib. 3. consult. 16. num. 6. Marant. controvers. lib. 1. de respons. 41. num. 70. Ubi dicit hodiè inanem esse hanc quæstionem, Adden. ad Buratt. decis. 756. num. 15. Rot. coram Merlin. decis. 456. num. 15. & seqq. cum aliis antiquioribus, & re-

& resolutionibus Sac. Congregationum, relatis in præcedenti decisione.

5. Præsertim, quia pleraque ex illis fuerunt facta ipsis Fratribus, & Conventui mediante assignatione, & Constitutione certorum Capitalium, seu Censuum de directo adversantium eorum Regulæ, juxta quam non possunt quidquam habere in proprietate, ut præter supra allegatos, latè tradit Pasqualig. *de Sacrific. Missæ question. 1092. num. 2. & seqq.* undè tametsi iidem sint capaces recipiendi, & possint actualiter recipere hujusmodi legata ab hærede, seu executore spontè dantibus per modum Eleemosynæ, & stipendii manualis Missarum, facta prius memorata protestatione; Nihilominus, quia id intelligitur, dummodò hæres, aut executor ex eorum omnimodâ voluntate, & libertate illis committant Missarum celebrationem, itaut nullus præcedat impulsus Judicis, per quem indirectè violetur puritas Regulæ, in quo sensu loquuntur, & intelligi debent Doctores, & resolutiones Sac. Congregationum allegati in præterita decisione *§. poterunt*, ut declararunt duo Capitula Generalia convocata Burgis an. 1523. & Assisii anno 1526. in his terminis relata per Sanchez *ad præcept. Dec. dict. cap. 26. num. 49. circa fin.* Et consonant verba D. Bonaventuræ impressa apud Fagnan. *ubi supra num. 58. ibi -- & si post obitum illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter recipere ex eadem gratia, ita quod quodcumque nolent amplius ista dare, nil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad alium clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quamdiu illi placeret, sed quando plus nollet, abiremus vacui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato.* Non possunt Fratres, neque per se, neque per Syndicum Apostolicum, etiam agentem tamquam unum de populo, imò neque extrajudicialiter molestare hæredem, aut executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ne per æquipollens sibi liceat habere, quod ex Regula, & Ponti-

ficiis Constitutionibus prohibentur *ad trad. per Marant. d. respons. 41. num. 73. Pignatell. d. consult. 16. num. 6. vers. & sanè,* & ita negotio mature examinato, resolvit Congregat. specialiter proposita à fanem. Urbano VIII. negotiis eorundem Fratrum, ut apud Fagnan. *in dict. cap. nimis prava num. 53.* ac similiter decrevit Congregat. Rev. Fabricæ relata penes Marant. *dict. respons. 41. versus finem vers. prohibuit*, ubi in casu contraventionis comminatur pœna excommunicationis, non resistentibus auctoritatibus in contrarium allegatis, quia illæ præcedunt in legatis relictis modo licito, seu non repugnanti eorum Instituto, non autem in relictis modo illicito, qualia sunt legata annui redditus, licet habentia annexum onus Missarum, ut per *text. in d. cap. exiit vers. ad hæc quia*, latè distinguit Fagnan. *in d. c. nimis prava nu. 46. & seqq.*

6. Quoniam verò legata hujusmodi stante incapacitate Fratrum, non ita corruunt, & caducantur, ut hæres, aut executor omninò liberentur ab onere ipsis injuncto, vel bonis annexo in suffragium animæ Testatoris, se ipsi, quantum in se est, adhuc tenentur illius voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne ejus anima debitis suffragiis Missarum, & Anniverfariorum defraudetur, ut argumento *text. in l. 1. §. pro secundo verò Cod. de Caduc. tollen. & in fin. ff. de petit. hered. Ma. int. d. respons. 41. n. 83. Sanchez. d. cap. 76. nu. 50. Caströpal. dict. punct. 9. num. 27. Amottaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. num. 74. plene Didacus de Cea in allegatione pro fundatione Conventus Victoriæ impress. inter Pont. Constit. recollect. per P. Jaannem à Neapoli ferè per tot.* Imò pinguius adimpleant, si per ipsos Fratres, & in altaribus à Testatore designatis id exequi curent, ut monet Sanchez *d. cap. 26. n. 50.* potest, & debet Archiepiscopus, vel ex officio, uti Ordinarius executor omnium piarum dispositionum juxta relatum Text. *in dict. cap. nos quidem de testam.* vel uti executor specialiter per Testatorem deputatus, curare, & sollicitus esse, ut celebrentur Missæ, vel per ipsosmet Fratres, vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit Marant. *d. respons. 41. num. 78.*

Et

Et hoc modo, nedum non læditur, verum potius religiosè servatur puritas eorum instituti, tolliturque quævis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cum semper stet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstantiis, Eleemosynarumque augmentis, ac respectivè decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis committere Missarum celebrationem, ut bene advertitur in præcedenti decisione: Imò si eidem constiterit, quod annui redditus assignatis Archidiacono in erectione dignitatis fuerint adeo diminuti, ut ex iis decenter, & congruè sustentari nequeat, ei pro tempore applicare partè proventum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi proportionabili Missarum celebratione.

7. Nec turbat; quod legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, seu repugnanti eorum Instituto, quippe quæ recipiunt substantiam à modo, sint nulla, & consequenter caduca, ac si non fuissent scripta. Quoniam (quidquid sit de articulo in genere; respectu legatorum ad pias causas, in quo plures Patres sentiunt, posse per Episcopum commutari intelligitur de legatis relictis sine onere perpetuo, veluti agro, seu censu ad fruendum, possidendum, aut locandum, tunc enim, cum illa appareant facta sola contemplatione ipsorum Fratrum, & unico fine, ut illis acquiratur, tanquam defectiva in substantia, corruunt, caducantur ad commodum hæredis, & in hoc sensu distinguendò modum licitum, ab illicito loquuntur Lezan *loc. cit. sub num. 6.* Sanchez *d. cap. 26. n. 18.* Fagnan. *diff. cap. nimis prava n. 31. & seqq.* Barbof. *de jur. Eccles. diff. c. 27. n. 76.* Secus verò procedit in relictis cum onere celebrationis Missarum; quia, cum Testator non minus censeatur voluisse satisfactionem onerum, quam quod legata acquirerentur Fratribus legatariis, stante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, ita ut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel executoris; ut explicant Amostaz *de caus. pias d. cap. 3. nu. 74.* Barbof. *d. cap. 27. n. 81.* Sanchez *d. c. 26. nu. 50.*

8. Idque est adeò verum, ut in similibus legatis cum onere Missarum, non obstante incapacitate Fratrum, intrent facultates R. Fabricæ S. Petri, quod utique non eveniret, si ea essent omninò nulla, & caduca, ut tradunt Marant. *sepe d. respons. 41. n. 116.* Rota coram Caval. *dec. 212. sub n. 6. vers. supererat*; & ita resolvit Congregatio particularis deputata à san. mem. Urbano VIII. apud Fagnan. *in diff. cap. nimis parva sub n. 53.* & Congreg. ipsius Fabricæ apud Marant. *ubi proximè nu. 88.* ibi -- *Declaramus hujusmodi, quæ à principio personis incapacibus facta sunt, sive ex post facto incapaces sunt redditæ, non ad hæredes gravatos, seu alios obligatos spectare, seu ut caduca ab eis vindicari possent, sed ad Fabricam ipsam &c.* Et in hunc modum suffragantibus: hodie omnibus Dominis post secundam causæ propositionem conclusum fuit utraque &c.

Votum in Turritana Eleemosynarum.

Rota per rationes deductas in postrema ex suprascriptis Decisionibus, est in voto, legata, de quibus agitur deberi, & esse adimplenda juxta modum in ea expressum. Primò nempe deberi, & esse adimplendum legatum relictum Cappellæ Majori pro oleo lampadis. Secundo absolute loquendo, non deberi legatum pro sindonibus relictum ad usum Infirmariæ, sed esse adimplendum ex parte hæredum, seu executorum in ipsamet specie, & juxta majores, vel minores indigentias ejusdem Infirmariæ arbitrio Ordinarii, seclusa ex parte Fratrum qua vis instantia, & facta prius per ipsos solemni protestatione, se nullum jus habere ad illius consecutionem. Tertiò demum, reliqua legata pro Anniversariis, & Missis similiter non deberi; Sed nihilominus teneri hæredem, seu executores ad eorum implementum, committendo celebrationem Missarum, vel ipsismet Fratribus, vel aliis juxta rationabile arbitrium ejusdem Ordinarii: qui ulterius possit, si rei necessitas exigat, applicare Archidiacono partem proventum ad nunc effectum relictorum, injuncta illi proportionabili Missarum celebratione, prout latius.

tius declaratur in eadem postrema de-
cisione.

Alexander Urfinus S. R. Decanus.

R.P.D. MUTO.

Nullius, seu Senogallien. Bonorum.
Lunæ 13. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Manutentio in bonis Emphyteuticis da-
tur hæredi ultimi investiti, quando le-
gitimè possidet, & non Domino di-
recto, ubi casus devolutionis non est
omniñò clarus, & agitur de bonis re-
novari solitis.

SUMMARIUM.

- 1 Manutentio datur ei, qui docet de an-
teriori possessione.
- 2 Possessio de facto apprehensa, & non
citato possessore anteriori, non est
manutenibilis.
- 3 Hæres ultimi Emphyteutæ si possidet,
non est possessione privandus, ubi ca-
sus devolutionis non est omniñò clarus.
- 4 Devolutio Emphyteutis redditur dubia,
quando agitur de bonis ab immemo-
rabilis renovatis.
- 5 Spes probabilis obtinendi renovatio-
nem sufficit ad obtinendam manu-
tentionem favore hæredis.
- 6 Solitum renovandi probatur enunciati-
vis Domini directi emissis in In-
strumentis Investiturarum.
Solitum renovandi importat necessita-
tem coactivam, licet Ecclesia reno-
vare contenderet, ibi.
- 7 Solitum renovandi probatur concordia
Antecessoris.
Concordia confirmata à Papa ex cer-
ta scientia, ligat etiam Successores,
ibi, & nu. seqq.
- 8 Error debet probari per claras proba-
tiones.
Error confessionis excluditur ex pluri-
bus, ibi.
- 9 Finita lmea, Dominus directus re-
novare adstrictus, proximioribus

pro renovatione non instantibus po-
test alterum investire.

- 10 Renovatio Investituræ non debetur,
quando res devolvitur ob commissum
hoc est ob culpam Emphyteutæ.

Dictio -- Aut alias est repetitiva simi-
lium, ibi.

Renuntiatio Consuetudini, & prescri-
ptioni etiam longissimi temporis non
comprehendit immemorabilem, ibi.

- 11 Constitutio Urbani VIII. la 51. prohibet
renovationes fieri de bonis jurif-
dictionalibus sine Beneplacito Apo-
stolico.

- 12 Bona Emphyteutica quando dicantur
de illis, quæ fuerunt per laicos ap-
podicata.

Instrumenta informia nullum gradum
probationis constituunt, ibi.

- 13 Exceptiones quæ petitorium respiciunt,
manutentionem in possessorio non
retardant, & n. 17.

- 14 Bona Emphyteutica Status Urbini re-
novantur hæredibus ultimi in vesti-
ti vigore Brevis Urbani VIII.

- 15 Cardinales ratione officii sunt perpe-
tuò addicti Romane Curie, & si
absunt de licentia, dicuntur in Ur-
be domicilium habere.

Verba possit, & valeat, quando ne-
cessitatem inducant, ibi.

- 16 Consuetudo immemorabili habet vim
legis, & statuti.

Actio realis, seu rei persecutoria ori-
tur, quando agitur impetio legis,
vel statuti, ibi.

- 17 Pluribus vocatis ad fideicommissum
bona relaxantur comparenti.

DECISIO XXXIV.

Castrum Leonis, mediamque Tur-
rim Miralbelli cum aliis bonis, Ju-
risdictionibus, & pertinentiis suis de di-
recto dominio Ven. Monasterii, seu Ab-
batiae Sancti Laurentii in Campo, quæ
prætermisiss antiquioribus Investituris
Dux Urbini Franciscus Maria de Ruve-
re, denique Marchio Hippolytus, &
demum anno 1621. Ducissa Livia ejus fi-
lia pro minimo, ac solito Canone, &
pro se, filioque suo Principe Federico,
& ne-

& nepotibus masculis ex eo nascituris, & usque in ejus tertiam generationem renovari obtinuerant juxta styllum, & consuetudinem Abbatiae, per istius Ducissae obitum, & per praemorientiam dicti Principis Federici devoluta praesupponens, clar. mem. Cardinalis Franciscus Barberinus tunc Abbas Commendatarius dicti Monasterii, eadem bona, de facto occupavit, per pluresque annos possedit, quod triangularem controversiam excitavit inter ipsum, ac Serenissimam Victoriam Liviae haeredem, & ex antedicto Federico filio neptem, Magnamque Ducissam Hetruriae inrelata Investitura anni 1621. comprehensam, necnon Marchionem Hippolytum Lantem ex Lucretia nominatae Liviae Sorore ortum; immissionem ipsi in his bonis privative debitam contendentem, quae cum per specialem commissionem à sa. mem. Innocentio X. reportatam huic Sacro, Supremoque Tribunali delegata extiterit, assumpta fuit coram bon. mem. Meltio die 14. Martii 1647. sub duplici, distinctoque dubio disputatio -- *An praefato Marchioni Hippolyto, seu Magnae Ducissae Victoriae in his bonis danda esset Immissio quae resoluta remanisset favore Magnae Ducissae, prout ex decisionibus impressis penes Paitell. in expedit. conf. civil. decis. 35. & 36. Reproposita verum Causa, & impugnante Abbate Commendatario solito, seu Consuetudinem immemorabilem, recensita bona renovandi proximioribus ultimi investiti sub eodem Canone, dilata fuit resolutio, atque junctum, ut super hujusmodi solito stricte informaretur, ut propterea compilatis desuper Processibus, ac compulsatis nonnullis Juribus, cum Partes postmodum absque ulteriori examine in Sacra Rota contentionem oretenus praevio assensu san. mem. Alexandri VII. compromiserint in RR. PP. DD. Cajetanum, & Fanum, isti plene, ac mature discussis meritis causae, atque per spatium quatuor fere annorum recognitis singulis Processibus super dicta immemorabili Consuetudine, ac Defensoribus utriusque Partis pluries auditis, Papae retulerunt, investituram praefatam esse validam, & immissionem esse contendendam*

Magnae Ducissae Victoriae, sicuti coram Meltio in tribunali nostro decisum fuerat, juncto onere Cardinali Commendatario, ut de fructibus usque tunc perceptis teneretur emere tot bona annui reditus scut. 300. ad Beneficium Abbatiae, & in hujusmodi laudi sequelam stipulata fuit solemnitas Concordia ab eodem Pontifice in forma specifica confirmata, in qua dimissa fuerunt Magnae Ducissae bona, ut in ejus narrativa expressè habetur, quod dicta consuetudo (sunt verba concordiae summario Eminentissimi Domini Cardinalis Medicei num. 13. litt. D.) postmodum plene justificata fuit, tam particularis respectu ad Castrorum, & Bonorum per plura Instrumenta Investiturarum ab anno 1303. & ex enunciativa, quae legitur in Investitura anni 1493. quam generalis respectu Abbatiae, & Monasterii Sancti Laurentii, ac Mensae Episcopalis Fossempronien. ac aliarum Ecclesiarum Status Urbini, quae à 200. annis citra renovaverunt pro eodem Canone, & pluries renovare coactae fuerunt, ut ex Instrumentis, & Juribus, de quibus in duobus Processibus Compulsatis vigore Compulsoriae Rotalis, & ex aliis Instrumentis, & Juribus productis, ac infra dicto Summ. sub lit. E. subjungitur, quod nominati Judices Compromissarii eandem immemorabilem Consuetudinem recognoverunt, referendo etiam Papae merita Causae ibi -- *Qui visis omnibus Juribus utriusque Partis cognita probatione dictae Immemorabilis, & eorum Agentibus, Procuratoribus, & Advocatis pluries auditis, & Causa, & illius meritis spatio fere quatuor annorum mature discussis, oretenus partibus dixerunt, & Sanctissimo Domino Nostro Papae retulerunt, Investituram praefatam esse validam, & Immissionem esse dandam Serenissimae D. Magnae Ducissae; ac ad ejusdem Concordiae, & Transactionis observantiam Cardinalis Barberinus postquam renunciaverat liti, ut supra in Rota vertenti coram Meltio, strictissime etiam Successorum nomine, pariter quoad enunciata, sub obligatione Camerali se adstrinxit, cit. Summ. lit. N. ibi -- Invalidari, seu quomodolibet impugnari, & illius executio quomodolibet, & sub quovis praetextu,*

textu, quod præmissa, & conventa ad favorem Serenissimæ D. Magnæ Ducissæ nullatenus retardari possit, sed ad ejus favorem, quoad omnia in Instrumento asserta enunciata, & conventa, & promissa, executioni semper demandari debeat, & infra lit. O -- Quam concordiam, Transactionem &c. cum omnibus, & singulis in hoc Instrumento contentis dictus Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Franciscus Barberinus uti Abbas, perpetuus Commendatar. d. Ven. Monasterii S. Laurentii in Campo, ac ejusdem Monasterii, & suorum Successorum in eo nominibus &c. semper, & perpetuo rata, grata &c. observare promisit, & pro quibus &c. idem Eminent. D. Card. Barberinus seipsum, ejusque in Abbacia Successores, & Abbates, ac dictum Monast. S. Laur. &c. in forma Canonice obligavit &c.

Hujusmodi Transactione secuta, statim Magna Ducissa Victoria facultati in eadem tributæ inhærens, possessionem relocatorum Bonorum accepit, illaque continuavit ad annum 1689. quo tempore per actum inter vivos solemniter gestum eandem transfuit in Eminentiss. Dominum Cardinalem de Medicis filium, atque in his, & aliis bonis in Statu Urbini degentibus, hæredem ab ipsa institutum præsentem, & acceptantem, abjecta constituti clausula, quam etiam repetiit in Codicillis, deinde conditis de anno 1693. eaque postmodum defuncta de anno 1694. dictus Dominus Cardinalis filius, ac hæres ad abundantiore cautelam, & absque præjudicio possessionis sibi per Serenissimam Matrem, ut supra translata, denuò possessionem apprehendit, & Eminentiss. D. Cardinalem Nigronum modernum Abbatem Commendatarium, tam coram R. P. D. Auditore Sanctissimi; quam coram me interpellavit ad sibi renovationem concedendam, dicto ejus Summ. num. 22. & 23. sed prætendens Eminentissimus Abbas, per dictæ Magnæ Ducissæ obitum factum fuisse devolutioni locum, neque Abbatiam ad renovandum teneri, seu compelli posse, renovationem repetitè postulatam denegavit, quod novam excitavit quæstionem inter d. D. Cardinalem Medicum, & Dom. Cardinalem Abbatem

Monacelli Form. Pars II.

Commendatarium, quæ cum tandem prævia Commissione avocatoria à Tribunali A. C. manu Sanctissimi Domini Nostri signata, & mihi directæ, delegata pariter fuerit Sacræ Rotæ in Summarissimo possessorio, & petitorio, prout Juris fuerit, appellatione remota, cum omnium DD. Voto decidenda proposui in hodierna Audientia Dubium -- An, & cui sit danda manutentio, quam PP. perpenfis Juribus hinc indè luculenter deductis, ac totius facti circumstantiis maturè pensatis, D. Cardinali Mediceo concedendam esse existimarunt.

1 Moti ex eo, quod ipse docet de anteriori possessione istorum bonorum acquisita, tam in Vita Magnæ Ducissæ Matris ex translatione sibi, ut dictum fuit, per eandem geminatè facta cum Constituti clausula. *Quæ veram, & manutentibilem possessionem transfert*, ut advertit Rota in recent. dec. 335. n. 1. part. 9. In Forosempronien. Manutentionis 14. Januarii 1692. §. Stetit decidendi coram R. P. D. Meo Molines, in Bononien. seu Imolen. Bonorum 28. Januarii currentis anni §. De possessione coram Reverendissimo D. meo Decano, & in specie coram Martin. Andr. decis. 36. num. 7. ac decis. 61. num. 1. 2. & 7. quam statim secuto ejus obitu; propterea, licet contra Dominum directum figatur, manuteneri in hac possessione debet, ad notata per Gratian. *discept. forens. cap. 736. num. 1. cum seqq. Manf. consult. 8. n. 3. de Luca de Emphyt. disc. 7. & in Supplem. disc. 61. & disc. 67. utrobique num. 2. Thomat. decis. 16. nu. 1. Rot. post Marchesan. de Commiss. part. 1. fol. 959. n. 1. & apud Poth. de manut. dec. 111. & 168. in utraque n. 1.*

2 Absque eo, quod obstare visa fuerit asserta possessio Abbatis Commendatarii; nam actualiter capta, redditur posterior, & spoliativa, tanquam de facto apprehensa, non citato D. Cardinali de Medicis in possessione existente, per ea, quæ firmat Rota coram Mantica decis. 194. per tot. Martin. Andr. decis. 36. num. 8. Gregor. decis. 105. num. 20. Coccin. decis. 984. num. 6. Merlin. decis. 41. n. 10. & Cels. decis. 15. num. 4. Proinde que nullatenus manutentibilis, vulgato c.

Ff licet

licet Causam 9. circa fin. de probat. Bartol. in l. si duo n. 4. ff. uti possidetis, Rota coram Gregor. dec. 449. n. 1. & rec. dec. 433. n. 17. par. 13. & dec. 50. n. 2. part. 16. & dec. 140. n. 19. par. 18.

3 Nec Civilis animo retenta pro recuperatione naturalis, secuto obitu postremi Investiti, opitulari potest Abbatii Commendatario Domino directo; nam recepta communiter distinctio est, quod, aut devolutio est omnino clara, & indubitata, eo quia constat de Dominio, & certo fine concessionis, quodque nulla competit exceptio, quæ impediatur deolutionem, & consolidationem Domini utilis cum directo, ac unionem possessionis naturalis cum civili, adeout possessor dicatur in mera contumacia, restituendi, & tunc nedum manutentio denegatur hæredi ultimi Emphyteutæ, sed illa conceditur Domino directo, quamvis possessionem apprehendisset auctoritate propria; seu dd. requisita, vel eorum aliquod cessat, aut turbidum adhuc est, tuncque manutentio debetur Emphyteutæ, aut illius hæredi, & successori, cui ad evitandos inanes circuitus, sola possibilitas victoriæ, suique Juris justificatio in petitorio Judicio sufficit, ut interim eidem sit concedendo manutentio; nam ubi casus deolutionis non est omnino clarus, & indubitatus, hujusmodi possessor minimè debet ejus possessione de facto spoliari, juxta distinctionem, quam faciunt Gratian. *discept. forens. cap. 736. n. 7. & 8. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 147. num. 24. Card. de Luca de Emphyt. citato discept. 7. num. 3. & in Supplem. discurs. 67. num. 16. alter de Luc. de lin. legal. par. 1. artic. 22. sub num. 2. §. Recepta distinctio est; Posth. de manutent. observat. 16. num. 41. cum seqq. Mans. consultat. 8. num. 3. Adden. ad Gregor. decisio. 105. litter. 4. Thoma decisio. 16. num. 16. illamque semper amplexa fuit Rota, & signanter coram Mantie. decisio. 194. à num. secundò, ad 12. ubi, quod prius examinari debeat, an possessio naturalis Domini directi sit reversa, & habeat locum pactum eam ingrediendi propria auctoritate, in Ariminen. Devolutionis 16. Februar. 1609. coram Sacrato penes Marchesan. de Commis. part. 1. fol. 459. num. 1. & 2. penes*

Posth. de manutent. decisio. 111. num. 8. & decisio. 168. num. 8. & 9. et decisio. 227. n. 6. decisio. 282. n. 7. decisio. 336. nu. 8. post Paitell. in expedit. Caus. Civil. dicta decisio. 36. n. 34. et 35. in rec. dec. 421. nu. 22. cum seqq. p. 11. et dec. 54. n. 21. part. 16.

4 In hypothefi, quidquid sit de terminatione lineæ, devolutio, vel excluditur, seu redditur prorsus dubia in hoc Summariissimo possessorio, nam agitur de Bonis ab Immemorabili tempore temper renovatis, atque Ecclesiæ per laicos subiectis, seu appodiatis; ita quod D. Cardinalis Mediceus filius, & hæres Magnæ Ducisæ Matris ultimæ Emphyteutæ, probabiliter potest in petitorio Judicio renovationem sperare, tam juxta hujusmodi solitum conforme etiam æquitati desumptæ ex littera Text. in lib. 1. §. Permittitur ff. de aqua quotid. et aestiva ibique Bartol. cæterique Scribentes, Cald. de Jur. Emphyt. lib. 1. g. 8. nu. 1. Gratian. *discept. cap. 477. n. 17. Marefcott. lib. 1. variar. resol. cap. 3. num. 1. cum seqq. Rota coram Coccin. dec. 1145. num. 1. in rec. decis. 317. num. 8. et 9. part. 9. decisio. 306. num. 4. part. 13. decis. 66. nu. 1. part. 15. et decis. 358. num. 2. part. 19. quam attenta ponderata qualitate Bonorum, ut sunt Text. in leg. quicumque, et leg. fin. Cod. de omn. agr. desert. lib. 11. et in cap. ad aures de reb. Eccles. non alien.*

5 Igitur cum probabilis esset spes D. Cardinalis Medicei renovationem obtinendi, non poterat Abbas Commendatarius possessionem de facto præoccupare, neque civili possessione, ac reconsolidatione domini utilis cum directo juvari, nam sola possibilitas renovationis, seu probabilis dubitandi occasio, quod competere potuisset, satis erat Domino directo à possessione abstinendi, ac D. Cardinali Mediceo, tamquam proximiori, & hæredi ultimi Emphyteutæ, atque etiam possessori manutentionem obtinendi, ut de communiori Sententia, quam firmant, Valasch. *consultat. 159. num. 29. cum seqq. ubi subdit, non teneri illum, qui revocationem petit, discedere ab Emphyteuti, nam dimissa difficiliter renovatur à Domino, Cald. de renovat. lib. 1. quæst. 10. sub num. 17. §. Ex quibus justissimum est,*

de Luc. de Emphyt. disc. 7. n. 8. in fin. & in Supplem. disc. 67. nu. 2. 15. cum seqq. Rota apud Posth. de manutent. disc. 111. n. 8. in fin. cor. Bich. decis. 411. num. 2. ubi, quod eo tantum casu conceditur manutentio Domino directo, quando incontinenti apparet, hæredem ultimi Emphyteutæ renovationem petere non posse, in recent. dec. 211. n. 3. circa med. part. 3. ubi, quod sicuti super renovatione faciendâ est discussio in petitorio itâ durante hujusmodi discussione, manutentio hoc interim danda est hæredi, in Senogallien. Bonorum 21. Junii 1684. §. Verum coram Cardinali Matthæo, in qua licet decreta fuerit Domino directo manutentio, tamen illa conditionatè concessa apparet, quatenus Emphyteuta intra terminum duorum mensium renovationem non petierit, & novissimè in Eugubina, seu Senogallien. Devolutionis 14. Januarii currentis anni §. His in articulo cum seqq. cor. R. P. D. meo Ursino; cui communiore Sententiæ quidquam non obstat Card. de Luc. disc. 61. de Emphyt. in Supplem. asserens, quod quoties prætenso renovationis non est clara, non competit hæredi ultimi Emphyteutæ manutentio, minusque insistentiâ in re, cum actio devolutionis esset clara, exceptio verò renovationis turbida; nam quidquid sit de illius applicatione, contradicit opinioni tot Doctorum, & Sac. Rotæ, & est sibi met ipsi contrarius, nam oppositum præcedenter firmaverat in discurs. 7. num. 8. in fin. & postea in discurs. 67. num. 2. & 15. adeout, cum consulendo scripserit ad opportunitatem Causarum, in proposito attendi non debet, sed quod Sacra Rota firmavit, Surd. conf. 403. n. 83. & 84. Gratian. disc. 104. n. 56. Posth. resol. Civil. 24. n. 35.

6 Quod autem in recensitis Bonis adsit renovandi solitum, seu consuetudo, & quidem coactiva ab immemorabili tempore, patenter, emergit ex confessionibus ipsorum Abbatum superlativam probationem constituentibus, & quidem in proportionatis actibus Renovationum emissis, signanter in illa anni 1493. Summ. Domin. Cardinalis de Medices num. 5. ubi asseritur, quod dd. Bona erant solita, & consueta concedi à tanto tempore cujus

contraria hominum memoria non existit, ac in subsequitis factis de ann. 1502. 1573. & 1598. dict. Summ. num. 6. 8. 9. in quibus exprimitur, quod eadem fiebant juxta consuetudinem, & styllum Abbatæ: tales enim enunciatiæ per Abbates emissæ in re adeo eisdem præjudiciali probant immemorabilem, cum vim famæ potiantur, ex allegatis per Addend. ad Gregor. decision. 51. num. 11. Rota in recent. decis. 245. n. 52. part. 9. decis. 509. n. 13. cum sequentibus part. 14. decis. 244. n. 7. & 9. par. 16. & coram san. memor. Alexandro VIII. decis. 125. num. 2. & 3. & ista probatio importat etiam necessitatem coactivam, licet Ecclesia renovare contenderet, Bald. in Auth. si quas ruinas sub n. 6. vers. 2. de Sacros. Eccles. Jal. in l. fin. sub n. 35. C. de Jur. Emphyt. Bero conf. 116. n. 4. lib. 1. Corn. conf. 250. n. 3. vers. tamen stante consuetudine lib. 3. Gozadin. conf. 75. n. 18. sub princ. vers. quia potest, Rota decis. 28. n. 9. apud Salgad. labyrinth. Credit. & in dec. 11. p. 2. rec. imò quando etiam Ecclesia vult pro se retinere, Fulgin. de Emphyt. tit. de renovat. q. 1. n. 30. in fin. Mantica. de tacit. lib. 22. tit. 30. ad fin. vers. quod intelligitur, ubi testatur, sic coram ipso fuisse decisum in Rota.

7 Ulteriùs, & quod tollit omnem dubietatem, in relata Concordia inita inter Magnam Ducissam Victoriam, & Cardinalem Barberinum tunc Abbatem Commendatarium, hæc immemorabilis, & coactiva consuetudo renovandi narratur, ac confitetur inter Partes, ut ex verbis in principio expressis, & quod magis est, recognita fuit per RR. PP. DD. Cajetanum, & Fanum Judices Compromissarios, ex Processibus, aliisque Juribus tunc compilatis, ac compulsatis, eademque attentata Cardinalis Barberinus Commendatarius, cæteroque acerrimus Propugnator Jurium suæ Abbatæ, quorum defensionem strenuè susceperat, tum in Tribunali nostro sustinendo litem, quam quadriennio circiter coram Judicibus Compromissariis, deinde controversiæ, ac liti renunciavit, consentiendo Magnam Ducissam hæc Bona possidere, ac ex fructibus hoc medio tempore per ipsum perceptis, emi tot Bona annui redditus scut. 300. ad commodum Abbatæ;

Ff 2 tia;

tjæ; ex qua quidem Concordia adeo qualificata non potest hæsitari de vera, & concludenti probatione Immemorabilis, etiam coactivæ, ut eleganter Rota in recent. dec. 271. num. 15. in fin. cum sequentibus part. 10. & post Salgad. in labyr. Cred. decisio. 28. n. 9. Atque afficit ne dum Cardinalem Barberinum tunc confidentem, sed & ejus in Abbacia Successores, stante confirmatione Apostolica dictæ Concordiæ per san. mem. Alexandrum VII. facta, in qua cum fuerit insertus illius tenor, ut confirmatio dicatur ex certa scientia, ad gloss. in cap. Pastoralis, §. Præterea, versic. ex certa scientia de offic. deleg. Rota in recent. dec. 157. n. 7. part. 6. & cor. Bich. decis. 57. n. 4. ligat etiam Successores, potissimè cum transactio ipsorum etiam nomine gesta fuerit, ut respondit Alexander III. in cap. Veniens de Transact. ibique gloss. sub verb. confirmatam, Ferret. cons. 230. sub nu. 2. Adden. ad Gregor. decis. 152. nu. 4. Rota in recent. dec. 159. n. 4. p. 1. dec. 220. n. 29. p. 7. decis. 236. n. 3. p. 8. dec. 271. n. 14. & 15. par. 15. Royas dec. 335. n. 3. Merlin. decis. 480. nu. 1. Cels. dec. 68. nu. 2. & 3. Bich. dec. 57. n. 5. & dec. 70. n. 1. & 2. Cerr. dec. 162. n. 8. & in Romana Funeralium 4. Martii præteriti, §. Quia illa unita, coram R. P. D. meo Molines; Quin turbet, quod in relata confirmatione Apostolica legatur clausula-Citra innovationem, aut extensionem antiquarum Investiturarum. Nam hujusmodi clausula nihil obstat huic immemorabili stylo renovandi ab antiquis Investituris etiam desumpto, & per transfigentes confesso, respectu cujus non innovantur, minusque extenduntur antiquæ Investituræ.

8 Neque hujusmodi confessio Immemorabilis soliti emissa in memorata Concordia tam maturè, ac circumspectè gesta prætendi potest erronea; ultra quod enim obstat generalis regula, quod error debet plenè, & concludenter probari per claras, & præcipuas probationes Bart. in l. 2. nu. 10. Cod. de Jur. fisci. lib. 10. Rota coram Gregor. dec. 220. num. 4. coram Royas decisio. 73. num. 4. In proposito nedum talis probatio non concurrat, sed potius error removetur, ex quo confessio multipliciter adminiculatur, & signanter ex

qualitate, ut infra, Bonorum, quod fuerint de illis per laicos Ecclesiæ appodiatis ex Investituris illorum incæptis ab ann. 1303. ex dd. enunciativis emittis in Investituris annorum 1573. 1598. & 1621. ex lapsu quatuor, & ultra Sæculorum, quibus nunquam apparet, Abbates, tam Monasteriales, quam Commendatarios, Bona penes se retinuisse, sed semper eadem renovasse, necnon ex Processibus desuper compilatis, & per dd. Judices Compromissarios recognitis, ex Laudo in istius Immemorabilis soliti sequelam emisso, & per Partes mediante dicta Concordia specialiter emologato, ex Confirmatione Apostolica san. mem. Alexandri Septimi, atque demum ex probitate Cardin. Francisci Barberini tunc Abbatis Commendatarii transigentis, & confidentis, quem verisimile non est, præjudicare voluisse Juribus suæ Ecclesiæ, quando contra Magnam Ducissam illorum defensionem susceperat, atque acriter litem in Tribunali nostro, ac discussionem quadriennio circiter coram Judicibus Compromissariis sustinuerat, ut de aliis Præfatis dixit Rota in rec. d. 329. n. 8. p. 9. dec. 809. n. 17. & 18. p. 18. & in Marsicana, seu Nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. Duplici alia, in fin. coram Reverendissimo Turonen. & in Firmana Jurisdic. 14. Junii 1688. §. Minus obstat, cor. bon. mem. Rondonino, ut confessio ex his adminiculis susculpta nullo modo dici possit erronea, quinimò, præclusa etiam confirmatione Apostolica, liget tam Abbates confirmantes, quàm ejus Successores ad gloss. in cap. dudum il secundo; ibique Doctores de Elect. latè de Angelis de Confess. lib. 3. quæst. 2. num. 6. Rota coram Duozett. Sen. decisio. 215. num. 6. coram Carrill. decis. 126. num. 3. coram Gregor. decis. 506. pariter nu. 3. coram Cardin. Cervo dec. 161. num. 6. & in recent. dec. 340. num. 6. & 7. p. 15. Vel saltem dum error non est clarus, sed disputabilis ex prædictis, dici non potest, quod deficiat in hærede spes renovationem obtinendi, & quousque in petitorio decisum sit, prædictam confessionem esse erroneam, retardari non debet manutentio, ut notat Posth. de manut. obser. 65. num. 12. Rot. dec. 205. in fine coram Scraph. 9 In nihilo refragante, quod Abba-

tes pro tempore post terminatas lineas investitorum bona concefferint Personis extraneis, cum primo loco investiverint Raynaldum Brunfort, secundò illos de Castracanis, & tertio DD. de Ruvere, ut si dicta immemorabilis consuetudo renovandi extaret proximiores investiti fuissent; quoniam non exinde excluditur, quod Castracani fuerint proximiores de Brunfort, & ab illis ad Familiam DD. de Ruvere bona transiverint per viam alienationis in hoc Casu licitæ, consentiente Domino Directo, etiam in præjudicium proximiorum, Cald. de Jur. Emphyt. lib. 1. q. 5. n. 3. Rota in recent. dec. 357. n. 83. par. 11. & dec. 218. n. 13. par. 16. quodque hi omnes non essent hæredes ultimi Investiti, prout talis exclusiva probatio errorem alleganti incumbere, & insuper non probatur, proximiores interfuisse pro renovatione, adeout iis non instantibus, valeat Dominus directus etiam renovare, adstrictus alterum investire, Rota coram Merlin. decis. 353. num. 54. ubi concordan.

10 Minus adversantur pacta adiecta in antiquis renovationibus seu Investituris, in quibus Emphyteuta renunciassent præsupponitur cuilibet consuetudini, aut præscriptioni etiam longissimi temporis cogendi Dominum ad renovandum, ac facultatem Abbatibus tribuisse possessionem bonorum propria auctoritate accipere, & illa retinere, vel aliis concedere etiam ad exclusionem hæredis ultimi Investiti; nam omisso, quod in quamplurimis renovationibus talis potestas non legitur concessa Domino directo; in novissima concessione anni 1621. de cujus terminatione disputatur, facultas videtur Abbati Commendatario tributa dumtaxat in casu, quo res devolveretur ob Canones non solutos, vel ob pacta non servata, aut alias propter similem caducitatem resultantem ex Commissio, ibi: Si aliquo tempore res, & bona prædicta ad eandem Abbatiam devolverentur per Canonem non solutum, vel pacta non servata, aut alias &c. Summ. D. Card. de Medicis num. 10. litt. L. Quod est conforme dispositioni Juris, nam renovatio non debetur, quando res devolvitur ob Commissum, & sic ob culpam Emphyteutæ, Surd. consil. Monacelli Form. Pars II.

181. n. 19. & sequentibus, Gratian. d. script. 88. num. 31. Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovat. quest. 1. num. 15. Rota coram Durand. decis. 531. n. 3. & in rec. dec. 218. num. 7. par. 16. & decis. 107. num. 1. par. 17. & non excludit Immemorabilem renovandi in Casum, ut hic, terminationis lineæ, qui sub altero devolutionis ob commissum minimè compræhenditur, in specie, Marefcott. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 25. in fin. bene Rota coram Seraphin. dec. 610. num. 2. cum sequentibus. Non attenda illa dictione -- Aut alias; nam est repetitiva similibus qualitatum, culpam, & dolum Emphyteutæ involventium, non autem se extendit ad casum terminationis lineæ prorsus diversum, Barbof. dict. 26. n. 2. cum sequentibus, Surd. decis. 274. num. 4. Sperell. decis. 156. sub num. 41. & seqq. Rota coram Priol. decis. 221. num. 6. & decis. 378. num. 14. ac coram Coccin. decis. 444. num. 3. Neque obsistentibus antiquioribus Investituris, in quibus legitur pactum utrunque casum amplectens, quia eadem in hac parte nullum effectum fuerunt effectum, nam Abbates numquam pro se ipsis bona retinuerunt, sed semper renovarunt, etiam pro parvo Canone, prout ostendunt quatuor Investituræ annorum 1493. 1573. 1598. & 1621. ac recognoverunt Judices Compromissarii, qui nihilominus immemorabilem consuetudinem adfuisse retulerunt, ac laudarunt, & Cardinalis Franciscus Barberinus, cui hæc omnia innotuerant, nedum liti renunciavit, sed, quod magis est, in Concordia hanc immemorabilem consuetudinem confessus fuit, ipsamque Concordiam cum omnibus enunciatis, etiam successorum nomine observare promisit. Renunciatio verò consuetudini, & præscriptioni etiam longissimi temporis non compræhendit immemorabilem, quæ est speciali mentione digna, plenè Cancr. var. res. p. 3. c. 4. num. 39. cum seqq. & Rota coram Coccin. dec. 864. n. 4. & 5.

Rursus dicta immemorabilis nec excluditur, ex renunciatione investituræ, quam Dux Franciscus Maria Junior cum Sororibus fecit anno 1598. in manibus Abbatis tunc temporis, ut ex hac remissa censeatur immemorabilis renovandi ex

decis. 357. num. 88. & sequentibus part. 11. & decis. 202. num. 4. part. 18. Quoniam renunciatio facta non fuit ab ultimo investito, neque agitur de renovatione occasione devolutionis, in quibus terminis loquuntur Decisiones in objecto adductæ, sed de renovatione sequuta ad solum finem, & effectum, ut per dominum directum fieri posset renovatio, quod non tollit immemorabilem consuetudinem renovandi tunc vigentem, præsertim in præjudicium D. Cardinalis Medicei, qui renovationem non petit tanquam hæres, seu proximior dicti Renunciantis, sed Magnæ Ducissæ Matris ultimæ investitæ.

11 Istamque consuetudinem immemorabilem super his bonis Jurisdictionalibus nec tollit dicta Constitutio san. mem. Urbani Octavi in ordine 51. nam eadem solum prohibet, renovationes in his Bonis fieri sine Beneplacito Sedis Apostolicæ, ut explicat Rota post Salgad. in labyr. Credit. decis. 28. num. 15. §. Minus obstat cum sequentibus, & decis. 29. num. 23. in fin. ac num. 24. & ita cum D. Cardinalis Mediceus habeat Beneplacitum san. mem. Clement. X. relatum in ejus Summ. n. 26. eadem Constitutio non obstat, ut advertitur in mox citatis Decisionibus.

12 Quo verò ad qualitatem bonorum, quod sint de illis Ecclesiæ per laicos ut supra appodiat, seu subiectis pro reportandis ipsorum conservatione, & defensione, resultare visum fuit, tum ex minima recognitione duorum solidorum, sub initio conventa ratione Canonis pro bonis Jurisdictionalibus, & redditus valde considerabilis, tum ex firmata consuetudine immemorabili renovandi, tum etiam ex peculiari conventionem, seu provisione contenta in investitura anni 1303. Summ. D. Cardin. de Mediceis num. 1. litt. D. quod si inter hæc Bona reperirentur aliqua ad Concessionarios spectare, intelligerentur donata; juncta præsertim obligatione super ab Ecclesia suscepta, defendendi, & authorizandi Bona ab omni præensione hominum in judicio, & extrà; quæ sonat in Tutelam, & protectionem, ac samam hujusmodi appodiationis. Non subsistentibus præsupposita

concessione istorum Bonorum per Othonem Imperatorem Ecclesiæ facta, ac Sententia Episcopi Fanen. seu Brevibus Gregorii Noni, Gregorii Undecimi, & Leonis Decimi, cum documenta desuper exhibita sint informia, & tamquam talia nullum gradum probationis constituent in contrarium, Rota coram Pamphil. decis. 586. n. 6. & coram Bich. decis. 33. n. 32.

13 Sed quatenus prædicta dubium aliquod paterentur in petitorio, sufficiunt tamen, & superabundant ad favorem Domini Cardinalis Medicei in hoc Summarissimo Judicio mantentionis, ex superius allata regula, quod sola renovationis possibilitas, seu probabilitas sufficit ad mantinendum in possessione hæredem ultimi investiti, & quia exceptiones contra hanc immemorabilem consuetudinem, ut supra firmatam oppositæ, petitorium respiciunt, inefficaces proinde remanent mantentionem, atque aliud privilegium remedium eidem impediendi, Rota in d. dec. 36. n. 43. & 47. post Patell. & coram Bichio dec. 670. n. 24.

14 Ex his itaque frustraneum PP. censerunt examen assumere, an etiam in prædictis Bonis competat Domino Cardinali de Medices renovatio vigore alterius Brevis san. mem. Urbani Octavi prohibentis singulis Ecclesiis Status Urbini Bona etiam Jurisdictionalia retinere, eisdemque coarctantis ad renovandos hæredes ultimi Investiti, de quo penes Patell. in expedit. caus. Civil. decis. 7. & meminit Cardin. de Luca de Emphyt. discurs. 5. & 8. Rota in recent. decis. 90. & 154. part. 15. ac coram Celso decis. 192. num. 3. Animadvertentes tamen ex hoc capite, nec denegandam pariter dicto Domino Cardinali mantentionem, cum deducta per Defensores Abbatis Commendatarii pro declinanda dispositione hujus Brevis altiore exquirant indaginem ad opportunum petitorii Judicium, propterea remittendam; nam licet firmare contentur, Breve non comprehendere tam hæc Bona, cum ante illius publicationem essent ei recensita lite inter Magnam Ducissam, & Cardinalem Barberinum, & extrà statum Urbini existant; quam dict. D. Cardinalem de Medices, tam-

tamquam forensem; Replacant tamen e contra Scribentes pro Domino Cardinali, quod respectu Bonorum prædicta lis remanserit per Concordiam extincta, ut factò loco novæ devolutioni, renovatio sit concedenda, & existentia Bonorum extra Statum Urbini desumpta ex nonnullis enunciativis, quod sit in Diæcesi Fanen. destruat ex aliis, quod existant in Diæcesi Senogallien. magis recognoscendis in petitorio Judicio.

15 Quo verò ad D. Cardinalem, quod similis forensitatis objectio data etiam alias fuerit Magnæ Ducissæ, & per Rotam ad petitorium remissa, ut in dicta decis. 46. num. 43. post *Paitoll.* quodque habitatio, seu domicilium sufficiens ad fruendum beneficio relati Brevis Urbani ex Rota in recent. decis. 90. in fin. part. 15. in eodem D. Cardinali concurrat ratione Cardinalitatis Dignitatis, quam substat, in vim cuius sit perpetuò additus Romanæ Curia, in qua retinet Palatium apertum, & instructum, & ab eadem Curia abesse non possit absque licentia Papæ per notam Constitutionem san. memor. Innocentii X. in ordine 15. Bullar. tom. 5. ut licentia desuper obtenta concurrente dici debeat in Curia domicilium habere, juxta deducta per Gratian. discept. 484. n. 16. cum seqq. Card. de Luca de Regul. disc. 73. n. 11. Laurent. decis. Aven. 240. n. 4. & 5. Rota in recent. decis. 188. n. 7. & seqq. part. 17. & decis. 90. num. 5. & 6. & decis. 431. n. 1. cum seqq. part. 18. Omnemque difficultatem submoveri ex dispensatione obtenta per Breve san. memor. Clementis X. vigore cuius D. Cardinalis licet forensis habitatus fuit ad recipiendam istorum Bonorum renovationem, quod Breve licet directum fuerit Abbati Commendatario cum verbis -- *possit*, & valeat renovationem facere: nihilominus dispensatio prætendi nequeat facultativa Abbatis, sed simplex & absoluta, nam ex superius adductis, Abbas renovare tenetur ab immemorabili, ut secundum hanc subiectam materiam hujusmodi verba necessitatem importent, ex Aretin. in leg. Gallus sub num. 3. ff. de liber. & posth. Gratian. discept. 630. num. 6. Cyriac. controv. 548. num. 15. & controv. 689. num. 122. Surd. decis. 268. num. 13. Rota in recent.

decis. 48. num. 6. part. 2. coram Duno. Jun. decis. 342. num. 5. ut ex his replicationibus ambigendum non veniat Brevis Urbani articulum, exquirere altiorum indaginem, & proinde manutenendum in possessione hæredem ultimi investiti, ex superius firmatis.

16 Quæ omnia removere non valuit præsupposita incompetencia actionis realis in Domino Cardinali Mediceo pro petenda renovatione, nam contrarium ostenditur, quidquid enim sit de renovatione debita vigore pacti, seu æquitatis, quoties, ut in hypothesi, renovatio petitur in vim consuetudinis immemorabilis habentis efficaciam Legis, Statuti, vel alterius cuiuscumque Tituli melioris de Mundo ad Bald. in Auth. si quas ruin. n. 4. Cod. de Sacros. Eccles. Andreol. controv. 145. num. 49. Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovat. quest. 1. n. 30. in fin. Rota recent. decis. 11. n. 2. cum seqq. part. 2. & in specie coram Coccin. decis. 1609. num. 1. hoc enim casu cum ex Imperio Legis, vel Statuti oriatur fortior parendi obligatio, competit etiam actio realis, seu rei persecutoria, ut ex Teorica Bartol. in l. 1. §. Permittitur ff. de aqua quotid. punctualiter distinguendo tradunt Card. de Luca de Emphyteut. discept. 67. nu. 16. & 17. Rota discussoria in articulo coram Ninor. decis. 48. num. 10. cum seqq. coram Priol. decis. 387. num. 20. & 21. decis. 132. num. 8. cum seqq. part. 14. decis. 81. num. 42. & seqq. part. 19. Et novissimè in Eugubina, seu Senogallien. Devolutionis 14. Januarii currentis anni §. Hæc namque est differentia cum sequentibus coram R. P. D. meo Ursino, ubi de ratione & in fortioribus terminis; nam in illius casu Dominus Directus possidebat auctore Prætorum in vim mandati de associando confirmati per aliud de manutenendo, & nihilominus hæres ultimi Investiti post longam possessionem Domini Directi reintegrationem obtinuit in actione reali.

17 Demum minoris ponderis detegitur altera exceptio fundata super Concursum ad renovationem Domini Principis Lantes, & forsitan aliorum, ut dum discutienda sint Concurrentium Jura, hoc interim manutentio dari debeat Abbati Commendatario Domino Directo,

tum quia hodie quæstio est super articulo simplicis manutentionis, in qua, cum D. Cardinalis Mediceus possideat, habeatque pro se immemorabilem renovandi, ac sit filius, & hæres Magnæ Ducissæ postremæ investitæ, manutentionem obtinere debet, posthabitis, seu missis concurrentium exceptionibus ad petitorium, ut in specie Rota d. dec. 46. num. 47. post Paitell. Tum etiam quia dictus D. Princeps, & alii in Tribunali nostro non sunt in Causa, sed tantum ex prætenforibus, D. Cardinalis Mediceus pro manutentione instat, ut eidem propterea liceat Bona retinere ad exclusionem Ecclesiæ Dominæ Directæ, cui nullum præjudicium generatur potius unum, quàm alterum renovandi exemplo plurium ad fideicommissum vocatorum, ut si unus tantum compareat eidem Bona relaxantur juxta modum, de quo Surd. consil. 359. n. 15. cum seqq. Rota coram Durano dec. 448. n. 10. coram Royas dec. 378. & in recent. dec. 318. n. 4. cum seqq. p. 17.

Et ita Manutentionem Domino Cardinali Mediceo concedendam esse PP. omnes Suffragantes authumarunt, auditis Partibus acerrimè hinc inde informantibus.

R. P. D. ANSALDO.

Urbanien. Archipresbyteratus.
Veneris 17. Maii 1697.

ARGUMENTUM.

Referuntur signa loci Ecclesiastici,
& laicalis.

SUMMARIUM.

- 1 Confraternitas attentæ antiquitate, & visitationibus Ordinarii, in dubio præsumitur erecta auctoritate Episcopi.
 - 2 Confraternitas præsumitur Ecclesiastica, quoties habet Ecclesiam cum Altaribus.
 - 3 Confraternitas præsumitur Ecclesiastica, ubi omnes Sacerdotes ad celebranda Divina officia admittuntur indifferenter.
- Confraternitas præsumitur Ecclesiasti-

ca quando habet Campanile cum Campana, ibi.

- 4 Confraternitas præsumitur, imò dicitur Ecclesiastica, quoties Ordinarius habet institutionem, & destinationem Officialium.
- Item quando Episcopus absque contradictione illam liberè visitavit ad instar aliorum locorum Ecclesiasticorum, ibi.
- 5 Confraternitas laicalis potest absque solemnitatibus alienare res suas.
- 6 Confraternitas laicorum si in alienatione honorum adhibuit beneficium Episcopi, vel Apostolicum, dicitur Ecclesiastica.
- 7 Judex Ecclesiasticus habitualiter, & competens etiam inter laicos litigantes, quorum causas potest judicare mediante partium prorogatione, vel consuetudine.
- 8 Confraternitas præsumitur Ecclesiastica, quando lites activè, & passivè fuerunt introductæ, & decise in Tribunale Ecclesiastico.
- 9 Item quando solvit Decimas Papales.
- 10 Enunciatiivæ junctæ cum factis positivis probant.
- 11 Enunciatiivis sine assertionibus Ordinariorum emissis in actu visitationis multum defertur.
- Institutio facta per Ordinarium Presentati; cum enunciatiiva quod Confraternitas Patrona esset laicalis, probat laicalitatem, ibi.
- 12 Enunciatiiva Papæ in Bulla contenta, probat loci laicalitatem, præsertim si materia fuit examinata in Congregatione Concistoriali.
- 13 Confraternitas in dubio potius præsumitur laicalis, quam Ecclesiastica.
- 14 Ecclesia, & Campanile, quando sunt signa Ecclesiasticitatis.
- 15 Confraternitas solvens collectus communitalis, præsumitur laicalis.
- Confraternitas Ecclesiastica non potest se subicere statuto laicali, ibi.
- 16 Notario attestanti de actis gestis absque expressione Cause particularis non creditur nisi acta exhibeantur.
- De minimis non est curandum, ibi.
- 17 Conjecturæ, quæ ab aliis in contrarium

- rium suffocantur, nullius momenti sunt.
- 18 In Beneficio erecto cum conditione: quod nunquam Sedes Apostolica se ingerat, cessat regula reservationis Cancellariæ.
- 19 In beneficio Jurispatronatus mixto, Sedes Apostolica potest conferre si vacatio contingat in turno debito Patrono Ecclesiastico.
- 20 Juspatronatus non cadit sub reservatione regulæ 8. etiamsi sit mixtum. Juspatronatus mixtum in favorabilibus assumit naturam simplicis. ibi.
- 21 Error frustra allegatur, quando datur possibilitas causæ in contrarium.
- 22 Ultimus status in re beneficiali attenditur.
- 23 Papa conferens beneficium jure devoluto præsupponit jus præsentandi ad alterum spectare.

DECISIO XXXV.

Antiquitas, veluti Nilus, rerum humanarum initii caput abscondens, ansam plerumque præbet Forensibus collocationibus, ut eventus in hodierna contentione inter Valentinum, & Leonardum cum enim Litteræ Apostolicæ utrinque reportatæ, & super quarum executione respectivè dubium proposui, unam ambiendi causam involverent super scrutatione qualitatis Venerabilis Confraternitatis Sancti Spiritus Castri Durantis, nunc Urbanæ, ex quo de vero illius principio, seu erectione nullum vestigium eminebat; contendente idcirco Leonardo, quod esset Ecclesiastica, quodque proinde substineretur impetratio in vim regulæ octavæ, hodie nonæ, per eum obtenta quoad Archipresbyteratum, cujus vacatio contigerat in mense Julii Sede Apostolicæ reservato, oppositam verò Laicalem naturam, seu qualitatem acriter asserente Valentino, qui præsentationem ab ipsa confraternitate Patrona, & respectivè Litteras Pontificias, quas nuncupant, pro Præsentato fuerat assequutus, placuit Dominus conjecturis, & demonstrationibus mutuo collatis iisdemque sedulo perpensis, inclina-

re pro qualitate Laicali, & consequenter respondere, Litteras Valentini esse exequendas.

1 Licet enim Scribentes pro Leonardo ingeniosè, ac elaboratè cumulum adducerent conjecturarum, ac præsumptionum super Ecclesiastica qualitate, quæ præcisivè à validioribus in oppositum militantibus admodum potuissent urgere, basim primariam fruenter super ipsamet antiquitate, & ignorantia erectionis, quo tempore nimirum, & qua auctoritate Confraternitas fuerit ad exercenda opera pietatis instructa, & stabilita cum solum de anno 1567. occasione explendi Visitationem Apostolicam Episcopus Feretransus Visitator expresserit perverusam esse fundationem, sed ejus præcisam non extare memoriam, ac propterea, junctis præmaximè signis, de quibus infra, etiam in dubio fundatam censeret auctoritate Ecclesiastica Societatem hujusmodi Confratrum, stante præponderantia meritorum, securitatis, & durationis, quam secum trahit respectivè ad Laicam qualitatem longè nobilior, & firmior Ecclesiastica per Gloss. in Clem. quia contigit §. Cæterum verb. Altare de Relig. Dom. communiter tradiderunt Feder. de Sen. conf. 111. n. 2. & 3. Eugen. conf. 88. n. 44. lib. 2. Beninten. decis. 14. n. 4. Guttier. qu. can. lib. 1. q. 25. n. 18. Del bene de Immun. c. 3. dub. 20. n. 7. Ciarlin. controvers. 16. nu. 12. & seqq. Modern. Argentan. collect. 10. n. 28. lib. 1. Panimol. dec. 12. annot. 5. n. 14. & 15.

2 Magis autem ipsam fundationis obscuritatem concomitantibus signis undequaque spirantibus prerogativam Ecclesiasticam, nimirum Ecclesia pluribus Altaribus decorata, campanili, & Hospitali, ista namque, quemadmodum respondit Ulpianus occasione dubii sexus in leg. quæritur ff. de stat. hom. veluti de sui natura proculdubio Ecclesiastica, & signanter Ecclesia, ac Altaria, faciunt præsumere, quod ubi versetur in ancipiti prævaleat (ut in sexibus) eadem qualitas Ecclesiastica, quæ non potest deflecti ad conditionem prophanam, secuti animadvertendo ad has circumstantias, & præsertim Ecclesiæ existimarunt Donat. in prax. Regul. tom. 3. tract. 8. quæst. 21. num. 3. in prin-

princ. Jos. de Rosa consult. 10. num. 10. Panimoll. d. dec. 12. annot. 5. n. 7. & num. 16. Rot. dec. 143. n. 12. part. 9. rec. & decis. 89. n. 6. part. 10. & coram Carill. dec. 267. n. 1. & 226. n. 32. cor. Card. Cerr. & in Florentina Parochialis 20. Decemb. 1628. §. Primo quia, & seqq. coram Virili.

3 Potissimè quia ad eandem Ecclesiam contradistinctè ab Oratoriis privatis confluent nedom fideles extra personas Confratrum ad interessendum Divinis, sed etiam indifferenter omnes Sacerdotes ab ineunda, celebrandaque Sacrificia recipiuntur, per ea quæ in proposito profequuntur Abb. in cap. Parentibus num. 1. de privil. Calderin. cons. 4. de relig. dom. Zabarell. cons. 11. sub n. 1. vers. quod probo, & n. 2. Alex. cons. 101. num. 5. vers. Accedit lib. 7. Menoch. de presump. 132. num. 51. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15. n. 39. in fin. vers. similiter. Delbene de immun. c. 2. sect. 7. num. 38. Rot. dec. 725. num. 3. & 4. part. 1. divers. & in Perusina S. Mariæ ad Nives 30. Aprilis 1559. §. Constat enim coram Pamphil. Sen. Quin etiam ipsam Turrim, seu Campanile in parte superiori elevatum cum Nola non Sodalitas tantum, sed universum Populum invitante plurimum deservire, non minus pro supponenda vera Ecclesia, ac ut præmissimus, contradistincta à privato Oratorio, sed etiam de per se validum constituere iudicium Ecclesiasticitatis in ipsa Confraternitate, vel Hospitali per Text. in d. cap. Patentibus de privil. annotatur Zabarell. d. 7. cons. 11. sub n. 6. vers. Item caveant. Eugen. d. 8. cons. 88. n. 46. & 47. lib. 2. Vivian. de Jurepatr. part. 1. lib. 3. cap. 2. n. 7. Barbof. de jur. Eccles. lib. 2. c. 10. num. 80. Novar. de elect. for. part. 2. sect. 2. qu. 22. n. 6. Delbene loc. cit. n. 39. & 40. Donat. d. tract. 8. qu. 21. n. 3. vers. Secundum.

4 Et quamvis non appareret, quod Ordinarius sese unquam ingesserit in administratione, seu gubernio istius Ecclesiæ, vel Hospitalis cum institutione, vel destitutione Officialium, in quibus terminis firmè citra difficultatem Confraternitas ipsa, Hospitalis, totusque locus pro Ecclesiastico foret reputandus, teste Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 14. sub nu. 4. vers. Secundo si Episcopus, Merlin. Pigna-

tell. cont. for. cont. 1. c. 65. n. 12. Ciarl. cont. 116. n. 9. Jus. de Rosa d. cons. 10. n. 30. Panimoll. d. dec. 12. annot. 5. n. 18. Rot. d. dec. 725. n. 1. p. 1. divers. concurrerant nihilominus Visitationes factæ per Superiores Ecclesiasticos plenissimo jure, videlicet non tantum ea, quæ de prædicto anno 1567. per Episcopum Feretranum inita fuit, sed etiam altera, quæ magis de proximo, nempe de anno 1689. facta demonstrabatur, ultra sancita per Sac. Concil. Trident. in Visitatione Hospitalium, & Confraternitatum Laicalium, ut in sess. 7. de reformat. cap. 15. & sess. 22. cap. 8. Unde cum Ordinarius nullo repugnante, aut contradicente visitaverit Ecclesiam, Altitaria, aliaque omnia ad instar cujuscunque alterius loci indubitanter Ecclesiastici, signum emergere veri Loci, & Confraternitatis Ecclesiasticæ merito prætendebatur, ex tradit. per Fusc. de visit. lib. 2. c. 14. n. 5. Merl. Pignatell. d. cont. 65. n. 10. Donat. in prax. regular. d. tom. 3. tract. 8. qu. 21. sub n. 3. vers. Quantum Jos. de Ros. d. cons. 10. n. 29. & sub n. 32. Ciarl. d. cont. 116. sub n. 17. vers. quod autem, & n. 18.

5 Augeri demum videbatur demonstratio Ecclesiasticitatis ex tribus potius præsuppositionibus certis, quam conjecturis, quod locus esset Ecclesiasticus; Primò nempe quia quotiescumque contigit bona, vel res istius Ecclesiæ, seu Confraternitatis alienari, adhibita fuit pro confirmatione licentia, vel beneplacitum Superioris Ecclesiastici, summ. Leonardin. 10. scilicet namque propria auctoritate valent Officiales, & Administratores similibus piarum Sodalitatum res earumdem Sodalitatum distrahere, ubi sint Laicales per sanctam in terris conversationem unitæ ad opera meritoria, & pietatis explenda sine mixtura Ecclesiasticitatis, ut ait Bald. in d. aut. Hoc jus porrectum n. 3. C. de sac. Eccles. Paris. cons. 34. n. 19. & 25. l. 4. Torn. cons. 70. n. 16. & 17. Salazar. de usu, & consuet. c. 8. n. 24. vers. Secundo inferitur. Gutierrez. quest. canon. lib. 1. quest. 35. num. 16. Mastrill. decis. 110. n. 13. Del Bene de imm. Eccles. c. 2. dub. 2. sect. 7. n. 18. & c. 4. dub. 20. n. 5. & 6. Panimoll. dec. 12. annot. 5. n. 5. & n. 39. Rota decis. 58. ex n. 4. usque ad fin. post Tondut. de penson.

6 Ita è converso, quoties agitur de Confraternitate, vel Hospitali Ecclesiasticæ conditionis, absolutum est vel in parvis alienationibus, ad normam *Text. in Can. Terrullas caus. 12. quæst. 2. exposci consensum Ordinarii*, vel ubi tractetur de majoribus alienationibus beneplacitum Apostolicum desiderari, ut habetur apud *Grat. discept. 517. n. 7. & 8. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 14. n. 7. Hermosil. ad Lopez tom. 2. lib. 15. tit. 5. par. 5. gloss. 1. n. 80. & seq. Donat. in prax. regul. d. tract. 8. qu. 25. n. 1. Panimol. d. dec. 12. annot. 5. n. 40. Cad. de Luc. lib. 7. de alien. disc. 1. n. 11. & seq. Rota dec. 502. n. 2. & seq. coram Bich.* proindeque cum Superior Ecclesiasticus auctorizaverit alienationes hujus Loci ad normam secundæ, non primi casus de plano inferebatur, Sodalitatem, & Locum esse Ecclesiasticum, non probatum ut præcisè arguit *Ciarlin. d. contr. 116. n. 21.*

7 Secundo potenter ad eandem qualitatem Ecclesiasticam inferebatur, ex eo, quod semper lites, & controversæ spectantes ad hanc Confraternitatem activè, & passivè fuerint disunctæ, & definitæ in Tribunali Ecclesiastico, ideoque necesse erat concludere, quod locus esset Ecclesiasticus; licet enim Judex Ecclesiasticus, tamquam indifferenter habitualiter competens, possit mediante prorogatione litigantium Laicales etiam Causas judicare per *Text. in l. si quis ex consensu, & l. Episcopale Judicium C. de Episcop. audien. & in cap. Significasti de for. compet. ubi præceteris Butr. nu. 7. & 8. Fagnan. num. 13. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 3. num. 1119. & seqq. Bellef. disquis. Cler. part. 1. tit. de favor. Cler. person. §. 2. num. 30. Francef. de compet. inter Curias quæst. 49. num. 10. & seqq. Card. de Luc. de judic. disc. 40. sub nu. 8. Rota dec. 1059. nu. 75. & seq. coram Coccin. & maxime ubi vigeat consuetudo ex prædicto principio, & fundamento, quod semper Tribunal Ecclesiasticum habitu competens est, ut affirmant *Sperel. dec. 98. num. 33. & seqq. Panimol. dec. 12. annot. 2. nu. 42. Rot. dec. 793. nu. 1. par. 1. divers.**

8 Attamen cum de hujusmodi prorogatione, aut particulari consuetudine in hodierna Audientia non daretur aliqua

justificatio, ista inconcussa observantia maximum pro qualitate Ecclesiastica præferebat indicium, ex adductis per *Jo. Franc. de Pont. conf. 18. nu. 1. & seq. lib. 1. Mar. Antonin. d. resol. 14. nu. 6. Guttier. d. qu. 35. nu. 9. & n. 24. & seq. Fulc. de visit. lib. 2. c. 14. n. 4. & 7. Panimol. d. dec. 12. annot. 6. n. 8. Rota in d. Florentina Parochialis 20. Decemb. 1628. §. Nec facit in fin. & §. seq. coram bon. mem. Card. Virili.*

9 Tertio tandem intercedebat alia nuperima observantia, quod cum san. mem. Innocentius XI. ad profigandos Turcarum impetus nimium de proximo Austriæ Regiam Urbem, totamque Christianitatem invadentes subsidium, sed Decimas Ecclesiasticas imponere coactus fuerit super bonis, & Beneficiis Ecclesiasticis, etiam Sodalitas hæc pro bonis suis Decimam exsolvit, qua sanè solutione concurrente locum, & bona Ecclesiastica existimanda esse dixerunt *Camil. Borel. conf. 81. n. 6. Pignatell. consul. can. tom. 8. consult. 31. sub n. 10. vers. quando enim, Amostaz. de caus. püs lib. 4. cap. 11. n. 11. & 12.*

At hisce, similibusque (minus tamen perstringentibus argumentis, ut erant peculiare saccum, seu indumentum Contratum, aggregatio Sodalitatis ad S. Spiritum in Saxia de Urbe, accessus ad Processiones, nuncupatio Confraternitatis, S. Spiritus, Indulgentiis, & Eleemosynis) solida maturitate per DD. discussis, & examinatis, visum est, longè robustiora extare fundamenta, quæ ex altera parte Valentini promovebantur in conflictu.

10 Siquidem in primis occurrit clarum factum, & concessio eorundem Contratum de anno 1626. occasione etenim quod quidam Clericus per sortem remanserat præelectus inter Officiales, insurgente, & conclamante præ cæteris uno, quod extractus non foret capax, ex quo Sodalitas esset Laicalis, de facto fuit exclusus citrà ullam contentionem, unde cum hujusmodi enunciativa juncta cum facto positivo exclusionis, & acquiescentiæ emanaverit tempore non suspecto, videlicet priusquam erigeretur Canonatus, seu Archipresbyteratus, de quo agitur, vehementissimum gradum probationis circa ipsam Laicalitatem constituit, ut

di-

dixit Rot. dec. 386. n. 5. cor. Coccin. & dec. 16. n. 22. part. 5. rec. & dec. 354. n. 15. vers. Quoniam, & num. 16. & 17. part. 19. & in Urbinaten. Canonatus 9. Junii 1694. §. Absque eo quod, cor. R. P. D. meo Muto.

11 Validius autem procedendo gradatim stringit altera enunciativa, factum, & confessio emissa per Ordinarium, qui cum regulariter non solet esse facilis in canonizandis juribus horum Patronatumum Laicalium, ut inquit Rot. decis. 70. n. 4. & decis. 211. num. 12. cor. Dunoz. Jun. & dec. 193. num. 8. cor. Card. Celf. cor. Priol. decis. 318. num. 10. & 11. & dec. 576. num. 14. part. 18. rec. de anno tamen 1651. expressè instituit Præsentatum, ad hujusmodi Archipresbyteratum per Confraternitatem sub enunciativa, & confessione, quod Confraternitas esse Laicalis, ac propterea cum sua nimis interesset non approbare talem qualitatem prophanam etiam ad quoscumque alios effectus jurisdictionales super ipsa Confraternitate, & foret is Ordinarius primus Sponsus, sive Episcopus hujus Cathedralis noviter erectæ, alioquin re, & nomine Honoratus, & honorandus, aliasque vigilantissimus assertor jurisdictionis Ecclesiasticæ, nulli dubium esse potest, quod ex hoc facto, & confessione tollatur quælibet difficultas in hac materia, ut in fortioribus Rota decis. 405. num. 3. part. 1. rec. & dec. 24. num. 29. part. 10. & in Salisburgen. Juris Metropolitici 20. Novemb. 1691. §. Et demum coram R. P. D. meo Priol. & in dict. Urbanien. Canonatus 9. Junii 1694. §. fin. & 14. Januar. 1695. §. Clarius coram R. P. D. meo Muto.

12 Denique præsuppositioni, & confessioni Confratrum, ac Ordinarii super accidit præsuppositio, & enunciativa etiam Papalis in ipso limine erectionis Cathedralis; cum enim pro constandis (ut moris est in consimilibus erectionibus novarum Cathedralium) Canonicatibus, & Dignitatibus opportunis, & necessariis plures Cives in particulari, pluresque Sodalitates Dotes de proprio contribuerint, & inter istas illa S. Spiritus, omnes istas Confraternitates san. mem. Urbanus VIII. qui Castrum Durantis in Cathedrali suo nomine donatum erexit, nuncu-

pavit Laicales ut patet ex Bulla per elaboratum Collectorem Ughel. registrata in sua Ital. Sac. tom. 2. fol. 929. proinde superaddita etiam præsuppositione, & enunciativa Papæ, res quatenus fuisset ambigua reddebatur manifesta, ut in specie dixit Rota dec. 192. n. 11. §. Quod autem, & n. 12. & 13. part. 18. rec. & generaliter responsum fuit in d. Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novemb. 1691. §. Primò enim & §. Secundò dantur, coram R. P. D. meo Priol. præcipuè quia eadem Bulla, & in ea contenta sedulo fuere disceptata per Organum Sac. Congr. Concistorialis hinc materiis præpositæ, quæve idcirco alias non admisset talem enunciativam, sed confessionem Ordinario, & Datarie præjudicalem, ut habetur apud moder. Epist. S. Severi in tract. de caus. Constit. sect. 3. n. 14. & sect. 10. num. 12. propè fin. Card. de Luc. lib. 14. in annot. Concil. Trid. disc. 8. n. 4. & melius n. 10.

13 Exclusa igitur ex his superlativis demonstrationibus Ecclesiastica qualitate superfluum videbatur DD. vel supradictas conjecturas, & signa per Leonardum allata diluere, vel contraria signa oppositaque à Valentino conjecturas expendere, & nihilominus motivo antiquitatis, & ignorantie erectionis hujus Confraternitatis contraponere DD. regulam magis receptam, quod in dubio præsumptio stet pro Laicalitate, ut plenissime constat ex Gonzal. ad reg. 9. Canc. glos. 5. §. 4. n. 24. Ricc. lucubr. Eccl. lib. 4. c. 13. n. 5. & seqq. Cor. in prax. benef. lib. 4. c. 2. sub n. 54. vers. Et in dubio, Urceol. de transact. qu. 24. n. 62. & seqq. & signanter n. 64. & 65. Card. de Luc. lib. 7. de alien. disc. 8. nu. 4. Rota dec. 58. sub num. 4. post Tondut. de penson. in Mantuana honor. 25. Junii 1683. §. Quod etiam procedit cor. bon. mem. Albergato.

14 Ecclesiæ, Campanili, ac Hospitali satisfaciebat responso quod cum non appareret, an ista essent accessoria Confraternitati, vel è converso, nimis idcirco æquivoca reddebantur in tantum quippe vim faciunt signa præmissa, ubi liqueat, Ecclesiam esse quid principale, Sodalitatem verò accessoriam, teste Cyriac. contror. 530. num. 7. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 10. ex n. 45. usque ad 59. Frances de Ec-

Eccles. Cathedr. cap. 25. n. 18. & seqq. Rot. decis. 106. sub nu. 1. part. 2. divers. & decis. 130. sub n. 3. cor. Duran.

15 Solutio Decimarum non solum tanquam nuperrimè facta parvi erat attendenda, sed longè suffocabatur à solutionibus onerum Communitatis, quæ Confraternitas tanquam pure Laica supportabat, cum non unicum actum, sed plures, ac plura tempora involverent, scilicet à principio usque ad annum 1671. in quo bona extiterunt in alios translata, & sic eo magis arceri qualitatem Ecclesiasticam palam erat, ut in hac præcisa materia tradiderunt, Roman. *conf. 477. n. 9. Eugen. conf. 88. n. 61. lib. 2. Delbene de immunit. cap. 2. dub. 2. sect. 7. n. 43. Ciardin. controv. 116. n. 2. maxime juncto decreto tempore non suspecto edito ab ipsis Confratribus, ut Administrator, quem appellant Misfarum, satisfacere teneretur ad formam Decreti Ducalis, cui se subicere non potuissent, ubi corpus esset Ecclesiasticum, resistente celebri sanctione Textus in c. Ecclesie S. Mariæ de *const. cum concord. per Oliv. de for. Eccles. part. 3. qu. 11. n. 36. & seqq. Rot. cor. Merl. dec. 902. num. 76. cum duobus seqq. & dec. 279. n. 16. part. 16. rec.**

16 Actitatio demum causarum in Foro Ecclesiastico, consensus ab Ordinario præstitus modicæ cuidam alienationi, necnon Visitationes bis expletæ per Ordinarium, ut supra, pariformiter dignoscantur æquivoca; Ultra enim quod respectu actitationum in Foro prædicto illæ solum probantur ex fide Cancellarii Ecclesiastici verisimiliter ad sui favorem testificantis absque designatione, & expressione causarum particularium, quo casu nulla fides eidem haberi potest, juxta doctrinam Innoc. *in cap. 1. n. 6. de instr. Afflict. dec. 48. n. 2. Surd. dec. 231. n. 2. & 3. Rot. decis. 535. sub nu. 3. part. 1. recent. & cor. Merlin. dec. 137. sub nu. 4. vers. & hæc tanto magis & nu. 6. vers. Quoniam, & decis. 206. num. 8. part. 17.* Adhuc tamen ex possibili voluntaria Partium prorogatione talis conjectura remanebat æquivoca, prout etiam non erat ab æquivoco immuni prædictus consensus ab Ordinario adhibitus, dum fortè voluit ab emptoribus pro majori eorum securitate obtineri, &

tamen cum ageretur de unico actu valde recenti, & super re minimi momenti intrat vulgare adagium, ut de minimis curandum non sit, per *Text. in leg. Scio, ff. de integr. restitut. & in lib. 4. in fin. ff. de edil. ædific. Leo dec. Valent. 113. num. 10. cum aliis vulg.*

17 Minus postremò ab æquivoco præservari poterant Visitationes, dum valuerunt expleri jure delegato quemadmodum certum erat respectu primæ Visitationis de anno 1567. & nihilominus in contrarium stabat Decretum per Judicem Sæcularem ex causa cujusdam dissidii inter Confratres interpositum de anno 1628. *Summ. Valentini num. 8. litter. A, conjecturæ namque quæ vel ab aliis suffocantur, vel non concludunt perneceffe, nullius momenti sunt apud jura, & Tribunalia, ut passim videre est, & signanter in decis. 138. nu. 16. coram Ubald. dec. 738. num. 5. & decis. 2342. num. 41. & 42. coram Coccin. & dec. 54. num. 20. coram Caril. & dec. 490. n. 6. part. 14. rec.*

18 Cæterum quando hæc omnia defuissent, & adhuc legitime dubitari posset de qualitate Laicali, vel Ecclesiastica, collabescere visum fuit omnem difficultatem ex alio de per se exuberanti, ac discreto fundamento, nimirum, quia in fundatione istius Canonicatus, seu Archipresbyteratus, cui pro medietate contribuit persona prophana, & pro altera Confraternitas, cautum fuit, ut nunquam ex capite reservationum Sedes Apostolica se ingereret, sed semper, & in quocumque casu vacationis præsentatio spectaret ad Fundatores, & Patronos, exprimendo quoque vacationem per cessum etiam in manibus Papæ, ac decessum ex quibuscumque personis, tam S. R. E. Cardinalium, quam Summi Pontificis Familiarium, & continuorum Commensalium, ac quorumcumque Curie Romanæ Officialium, ideoque etiam quando tractaretur de Patronatu pertinente ad personas Ecclesiasticas cessasset reservatio prædictæ Regulæ 8. hodie 9. ratione mensium, ut conjungendo efficaciam similium verborum adhibitorum in fundatione Beneficiorum responsum fuit *in decis. 274. ex num. 8. usque*

usque ad 17. coram Royas, & in rec. decis. 327. n. 3. 4. & 5. part. 15. & dec. 242. n. 6. part. 19. & in Florentina Cappellania 7. Maii 1677. per tot. cor. Reverendiss. Burdegalen. & in Civitatis Castellii Canoniciatus Pœnitentiarii 1. Decembr. 1684. §. Exclusionem autem confirmata 4. Maii 1685. cor. clar. mem. Card. Matthæjo.

19 Fortius autem, quia ut diximus, pro medietate contribuerat foundationi persona indubitanter Laica, & prophana; licet enim ubi exercitium Jurispatronatus alias mixti dividitur per vices, seu per turnum minimè impediatur Sedes Apostolica in suis mensibus conferre, quando vacatio contingat in turno debito Patrono Ecclesiastico, ut censuit Rota cor. Priolo decis. 362. n. 11. & 12. & decis. 383. n. 15. & sequent. & dec. 432. n. 18. cum duobus seqq.

20 Attamen cum hujusmodi partitio turni superventa non foret post ipsam foundationem, sed eadem facta fuerit in ipsa erectione cum specifica approbatione Papæ, illa mixtura, quæ alias sine divisione exercitii impedimento esset regulæ prædictæ juxta firmata per Covar. pract. quæst. cap. 36. sub num. 5. §. Tertio opportunè vers. Et ideò, Garz. de benefic. part. 5. c. 1. n. 582. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 18. n. 8. & seqq. Add. ad Burat. decis. 769. n. 17. Card. de Luc. de Jurepatronat. decis. 59. num. 20. cum seqq. Rot. dec. 574. nu. 10. part. 1. divers. & dec. 541. n. 4. & 5. part. 2. rec. & dec. 655. num. 2. & 3. part. 4. tom. 3. & coram Cavalier. decis. 640. num. 4. & coram Mart. Andr. dec. 22. num. 9. & coram Coccin. decis. 1571. num. 4. & coram Peutingen. decis. 171. num. 12. & in recent. decis. 323. ex num. 9. cum plurib. seqq. & decis. 376. num. 6. & seqq. part. 13. & decis. 290. n. 22. & 23. part. 18. videtur satis, superque præservata, dum non obstante eadem divisione Pontifex mandavit, ut semper præsentatio pertinere deberet ad Patronos, alias namque absque tali declaratione, & pacto, Fundatores propria bona non fuissent elargiri, ne tractu temporis occasione personæ Ecclesiasticæ Laicorum etiam jus evanesceret, ut benè admonuit Amyd. de styl. Datar. cap. 15. §. 15. num. 109. & seqq. & signanter n. 115. Ad den. ad Pamp. hil. decis. 189. sub n. 19. Car-

din de Luc. de Jurepatron. disc. 65. nu. 34. vers. Negativam verò.

21 Allegare autem, quod Papa confirmando, adjiciendoque verba præservativa, & exemptiva à reservationibus Apostolicis erroneè præsupposuerit Laicalem qualitatem in istis Confraternitatibus, erat petere principium, cum jam ex deductis, vel nullatenus univoca forent signa Ecclesiasticitatis, vel urgentiora, aut saltem æqualia militantia pro laicalitate, proindeque in allegabilis erat error in Papa, & in tota Sac. Congregat. Consistoriali, dum ad erroris etiam privati exclusionem solum possibile in contrarium exuberat, ad not. per modern. Argentan. collect. 36. num. 62. lib. 1. Rot. decis. 242. num. 36. cor. san. mem. Alex. VIII. & cor. Ninot. dec. 36. num. 12. & dec. 256. n. 4. & 6. cor. Priol.

22 Præcipuè animadversus pro coronide statibus erectionem subsequitis, & signanter ultimo, nam cum semel in turno Confraternitatis acciderit vacatio Archipresbyteratus, nimirum de anno 1651. præsentatus à Confraternitate, etsi eadem vacatio contigerit in mensè Octobris reservato, pacificam obtinuit institutionem; quanti verò roboris existat ultimus status in materia Beneficiali ad submovendam omnem amaritudinem notorium est, & præcisè, seu individualiter in proposito nostræ quæstionis animadvertit Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 10. nu. 18. Corrad. in prax. benef. lib. 4. c. 2. num. 48. vers. Alter verò, & n. 49. Rot. coram Crescen. decis. 9. n. 1. & per tot. de Jurepatron. & cor. Seraphin. dec. 1334. n. 7. vers. Et etiam, & decis. 273. n. 3. part. 3. rec.

23 Gratissime per Leonardum allegabatur alter status practicus de Anno 1660. ultra enim quod tunc non erat in turno Confraternitatis, adhuc potius idem status manifestam patitur retorsionem, quantumvis enim memoratus primus Episcopus vigilantissimus, ex quo persona, in cujus turno accidentaliter obvenerat vacatio de mensè pariter Apostolico foret Ecclesiastica, remisit negotium ad Datariam Apostolicam, ista tamen examinata (ut credibile est) lege fundationis, noluit conferre Archipresbyteratum

tam-

tamquam S. Sedi reservatum ex prædicta Regula 8. seu 9. Cancellariæ, sed ex capite devolutionis, quæ sicuti fundatur in negligentia, ita præsupponit jus præsentandi ad alterum spectare, non autem ad ipsam Datariam, ex bene perpenfis per Gonz. ad reg. Cancell. gloss. 11. num. 60. & 61. & Gloss. 15. §. 2. n. 21. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 24. num. 34. & lib. 3. qu. 8. nu. 143. & 147. Rota cor. Cassador. decis. 8. de præben. & coram Crescen. dec. 15. cod. tit. utrobique num. 3. Card. de Luc. de benef. disc. 13. num. 4.

Et ita utraque parte acriter informante, &c.

R. P. D. C A P R A R A.

Nullius Tuleæ, seu Tirafonen. Decimarum.

Lunæ 1. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Concordia super quota vel modo solvendi Decimas ligat transigentes: confirmata verò per Sedem Apostolicam astringit etiam Successores. Testes de Universitate admittuntur in Causa Decimarum. Actus Civium particularium non nocent Universitati. Sola quadragenaria absque titulo sufficit ad præscribendum quotam, vel speciem Decimarum.

S U M M A R I U M.

- 1 Concordia fieri potest de jure super quota, & super modo solvendi Decimas.
- 2 Concordia inita super Decimis absque beneplacito ligat transigentes, eoque obtento astringit Successores.
- 3 Testes de Universitate in causa Decimarum reputantur idonei.
- 4 Actus particularium non præjudicant Universitati, nisi ipsa collegialiter congregata approbentur.
- 5 Decimæ non præscribuntur nisi concurrat immemorabilis, vel saltem quadragenaria cum titulo: si verò

agatur de quota, vel specie sufficit quadragenaria.

D E C I S I O XXXVI.

PRævia lite introducta in Rota inter Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Collegialis Sanctæ Mariæ Civitatis de Tudela Episcopatus Tirafonen. ex una, atque Cives ejusdem Oppidi de Tudela ex altera partibus super præstatione Decimarum, inita est de anno 1561. inter eosdem concordia, in qua conventum fuit, solvendam esse in posterum integram Decimam ex Avellanis, atque loco Decimarum quorumcumque aliorum fructuum, præstandas esse tres libras olei pro quolibet pede quatuor corbium olivarum, statuto certo modo in conventionione expresso circa earundem solutionem ex moris, atque cardonibus; sed nunc jactantibus Canonicis, se velle in posterum exigere Decimam ex quocumque fructuum genere, quamvis in concordia excepto, Causaque mihi commissa, utpotè jam ante concordiam in hoc eodem Tribunali agitata, hodie dedi Dubium: *At sit concedendum mandatum pro observatione concordie in casu, &c.* & DD. affirmativè responderunt.

1 De Jure enim Concordia fieri poterat super quota Decimarum, & super modo easdem persolvendi, juxta tradita per Canonistas in *cap. statuimus*, ubi signanter Abbas num. 1. Gonzal. nu. 7. de *Transact.* & postquam ea semel inita est, sic attendi meretur, ut in posterum Decimæ debeantur ad formam à Partibus conventam, non juxta dispositionem Juris *cap. ex multiplici*, *cap. nuper de Decimis*, Rota coram Cardinali Celso decis. 361. nu. 1. & decis. 718. n. 1. & 2. part. 7. Recentiorum.

2 Accedente confirmatione Sanctæ Sedis Apostolicæ per insertionem substantiæ ejusdem Concordiæ, per quam Concordia omnimodam recipit efficaciam per *Textum in capit. venerabilis*, ubi licet sit per nos confirmata, & ad majorem rei evidentiam literis confirmatoriis tenor compositionis insertus, de *confirmat. util. vel inutil.* itaut non modo Transigen-

figentes, sed quodlibet eorum Successores adstringat ad observantiam, ad quam de Jure tenebantur tantum illi, qui Concordiam fecerunt, *cap. veniens, vers. nisi prædicti Monachi*, ibique Glos. *in verbo confirmatam*. Hostien. *n. 3. in fin.* Barbof. *n. 2. de Transact.* Abbas *in cap. ex multiplici num. 2. de Decimis*, Moneta *eodem tractat. cap. 5. quæst. 6. num. 126.* Bellet. *disquis. Cleric. part. 1. titul. de Cler. debitore §. 5. num. 31.* Rota *decif. 218. n. 6. part. 7. recent.*

3 Juncta observantia comprobata per Testes, qui testantur, se nunquam solviffe Decimas de fructibus in Concordia reservatis, quibus favore Universitatis in Causa Decimarum deferri voluit originaliter, Joann. Andr. *in cap. sine possessione de regulis Juris in 6. cui adherent*, Felin. *in cap. insuper n. 17. de testib.* Farinacc. *eod. tract. quæst. 60. n. 49.* & Curtius *eodem tract. conclus. 4. nu. 14. in fine inter Tractatus magnos tom. 4. fol. 125.* Mascard. *de probat. tom. 3. concl. 1358. n. 60.*

4 In nihilum refragantibus quibusdam actibus nonnullorum ex dicto Oppido de Tudela, qui se obligarunt erga Capitulum ad persolvendas quascumque Decimas de quibuscumque fructibus, qui in eorum Prædiis nascentur; quia prætermisissis ceteris responsionibus, ea placuit, quod etiam actuales solutiones plures factæ fuissent ab iisdem particularibus, per eas tamen nequiquam præjudicatum dici potest Communitati, *l. sicut, ff. quod cujusque universit. nomin. Bero. conf. 19. nu. 31. lib. 1.* Cravett. *conf. 21. nu. 8.* Fontan. *dec. 546. nu. 7.* Rota *dec. 774. in fin. part. 3. recent. & cor. Mant. dec. 256. nu. 9. & cor. Buratto dec. 285. nu. 3. ibique Add. lit. A*, ubi quod ad hoc, ut inde præjudicatum fuisset Universitati, requireretur, quod ipsa collegialiter congregata, actus eos particularium approbasset.

5 De utilitate Capituli, & Canonico-
rum dubitari non potest, quia vigore Concordiæ aucta est Decima Olivarum, atque è Moris, atque Cardonibus percipiunt Decimas, à quarum solutione Civés erant antecederent exempti ex titulo enunciato tam in Instrumento Concordiæ, quam in Confirmatione Papali post-

modum superventa, immemorabilis, scilicet Consuetudinis non solvendi decimas, nisi ex Olivis, & Avellanis, quæ de Jure plusquam sufficiens erat ad eorum exemptionem adstruendam, secundum receptissimam Doctorum sententiam quod quamvis necessaria sit Immemorabilis, vel saltem quadragenaria cum titulo, quando agitur de præscribenda substantia Decimarum in toto, per *Textum in cap. Episcopum de præscript. in 6.* tamen quando tractatur, vel de alteratione quotæ, vel de ea reducenda ad certam speciem fructuum, suffragatur sola, & simplex quadragenaria, ad *Textum in cap. cum tanto*, ibique Glos. *in ver. legitime si præscripta de consuetud. Paris. conf. 25. nu. 27. lib. 4.* Covarr. *variar. resolut. lib. 1. cap. 17. sub num. 8. ad §. Decimo his omnibus*, Leo in *Theaur. for. Eccles. part. 2. cap. 12. num. 46.* Cardinalis de Luca *de Decimis disc. 17. num. 8.* Rota *decif. 23. num. 1. & seqq. part. 6. & cor. Cardin. Seraphino decif. 112. num. 7. & coram Rojas decif. 391. nu. 5. & coram Bichio dec. 653. num. 1.* qua supposita Ecclesiasticorum utilitate, eo magis Concordia debet observari, uti *in cap. Statuimus*, notant Abbas *num. 3.* Anton. à Butrio *num. 4.* Barbof. *num. 5. de transaction.* Moneta *de Decimis cap. 5. qu. 7. num. 124.* Rota *decif. 582. num. 2. part. 18. recent.*

Et ita decisum est, Universitate tantum informante, Capitulo autem Dilationem petente.

R. P. D. P I O.

Gerunden. Capparum.

Lunæ 27. Januarii 1698.

A R G U M E N T U M.

Onus reparandi fabricam Ecclesiæ, involvit etiam expensas pro paramentis, & luminariis. Consuetudo non extenditur de loco ad locum. Capitulum non potest statuere, ut provisi de præbendis, teneantur in eorum ingressu solvere aliquam certam summam, nisi

nisi concurrat necessitas, & juris ordo fuerit servatus.

S U M M A R I U M.

- 1 Onus reparandi Ecclesiam involvit impensas pro paramentis, ornamentis, ac luminariis, quæ fabricæ æquiparantur.
Constitutiones laudabiles Ecclesiæ servandæ sunt, ibi.
- 2 Inclusio unius, non probat exclusionem alterius.
- 3 In reparatione Ecclesiæ servanda est consuetudo, seu particularis conventio.
- 4 Consuetudo non extenditur de loco ad locum, sed in specie probari debet.
Testium depositiones interesse habentium nihil probant, ibi.
Solutions fieri non solent sine scriptura, ibi.
Testes non admittuntur, ubi probatio haberi potest per Scripturas, ibi.
- 5 Actus recentes, qui dederunt causam liti non attenduntur.
Episcopus est caput capituli, ibi.
Dignitates non sunt de Capitulo, ibi.
- 6 Consuetudo ubi adest superfluum, est statuum condere.
Confessio partis omne genus probationis excedit, ibi.
- 7 Statutum capituli sive consuetudo Ecclesiæ, quo seu qua disponitur ut Præbendati in ingressu solvant certam summam pro cultu Ecclesiæ non sustinetur, nisi urgeat præcisa necessitas.
- 8 Contributio pro reparatione, seu alia necessitate Ecclesiæ, quomodo sit facienda de jure, ostenditur, & num. 9.
Episcopus non potest statuere contra jus, neque contra suæ Ecclesiæ laudabiles constitutiones, ibi dict. numer. 9.
- 10 Nuncius Apostolicus, imo nec Legatus de Latere potest statuere, seu rescribere contra jus.
- 11 Consensus aliquorum de capitulo, non officit cæteris, qui non interfuerint, Monacelli Form. Pars II.

quando agitur de actu voluntario.

- 12 In materia subministrationis paramentorum standum est consuetudini Ecclesiæ.
- 13 Dignitates, quæ voces in capitulo non habent, non connumerantur inter capitulares.
- 14 Restitutio exacti evitari non potest, quoties in debita præcessit solutio.

D E C I S I O XXXVII.

EO sub fundamento, quod in Ecclesia Gerunden. vigeret consuetudo, & observantia ac etiam adessent Statuta, quod obtinentes unam ex octo dignitatibus tenerentur persolvere in ingressu pro Cappis, seu Pluvialibus duplas quindecim, Capitulum ejusdem Ecclesiæ, parem summam indebitè exegit à Procuratore in partibus constitutum per Benedictum Vaddellam pro capienda possessione Archidiaconatus Bifuldunensis, de quo per Sanctissimum fuerat provisus. Verum renuentibus Canonicis summam exactam restituere, hinc Benedictus, ut propriæ, ac aliarum Dignitatum indemnitati consulere, obtinuit subscribi Dubium, *An capitulum possit quidquam exigere à Dignitatibus pro prætensa subministratione Capparum, & easdem Cappas de administratione Communi liberè, & absque ulla solutione ministrare teneatur, itaut sit locus restitutioni summæ exactæ, quo in hodierna Audientia per me proposito, conformis ejusdem Benedicti petitioni prodiit resolutio.*

I Etenim in Ecclesia Cathedrali Gerundæ ab antiquissimo tempore constituti reperiuntur particulares redditus pro fabrica, quam vocant administrationem Operis, ac proinde nequit Capitulum quidquam exigere à Dignitatibus pro dicta prestatione Capparum, sed illas de præfata operis administratione liberè, ac absque ulla solutione ministrare tenetur, tum ex Juris communis dispositione, secundum quam onus reparandi Ecclesiam, involvit etiam impensas pro paramentis, ornamentis, luminariis, ac cæteris omnibus honorifico Dei Cultu necessariis, quæ fabricæ æquiparantur

Gg rantur

rantur ad Text. in cap. final. de Testam. ibi -- Ornamentis, seu fabricæ, luminariis, sive aliis ad perpetuum Cultum Divinum &c. Andr. Barbat. conf. 26. nu. 1. & 4. lib. 3. Surd. conf. 62. sub n. 4. & 5. Sperell. dec. for. Eccles. 68. nu. 9. Genuen. in prax. Archiep. cap. 109. sub n. 13. circa fin. Franc. de Eccles. Cathedr. c. 20. n. 34. & seqq. Amostaz. de caus. Püs lib. 4. c. 1. n. 25. Ventrigl. in prax. annot. 18. n. 2. part. 2. Tondut. resol. Benefic. p. 1. c. 39. n. 9. Qui in specie id exemplificat in Pluvialibus; Tum etiam ex specialibus ejusdem Ecclesiæ Statutis, Ordinationibus registratis in libro viridi nuncupato ibi -- *Cappas omnes sericas ipsi Ecclesiæ necessarias esse exsolvendas de Bonis ipsius Operis, præter illas, quæ debent fieri, & exolvi per personas de Capitulo in novitate sua, quæ sanè Constitutiones, cum sint laudabiles, ac in Ecclesia Gerunden. huc usq; observatæ, veniunt in Judicio attendendæ, ut aliàs respondit Rot. in Gerunden. Administrationis Episcopatus Sede vacante 24. Januarii 1687. §. Nec obici valet coram bo. mem. Emerix Decano.*

2. Non subsistente responsione, quod in universis Cathedralibus Provinciæ Cathalonix, & signanter in Ecclesia de qua agitur, Cappæ non sint conficiendæ ex redditibus Operis, sed parandæ veniant de particulari Administratione pro reficiendis Cappis erecta, quodque ex consuetudine ibidem usu recepta, ac insuper de anno 1684. confirmata per Capitulare Statutum cum interventu Vicarii Generalis, ac nonnullarum Dignitatum existentia, conditum, & subindè per Reverendissimum Hispaniarum Nuncium specificè approbatum, non minùs Canonici, quam Dignitates pro illius mantentione duplas quindecim in eorum ingressu, non obstante præfato Decreto in libro viridi contento huc usque persolverint, *Summario capituli à num. 1. & seqq. adeout propterea ad evitandam contrarietatem ejusdem Decreti cum recensita consuetudine, omninò dicendum sit, quod dum ibi excipiuntur expressè pluviales Cappæ à personis de capitulo persolvi solitæ sub nomine Personarum de capitulo, fuerint etiam comprehensæ Dignitates, vel saltem in dicto libro viridi*

solum adnotatum fuisse onus Canonici incumbens, absque eo quòd fuerit expressum aliud æquè simile, quo Dignitates gravantur, & per consequens ex eodem probari solum affirmativam, quod nempe Personæ de capitulo ad solutionem teneantur, non autem concludi valeat negativa, utpotè quia reticendo onus eorundem, nulla adhibita fuerit dictio taxativa respectu personarum de capitulo, quo casu juxta notissimam Juris regulam, de qua Textus in l. cum Prætor ff. de Judicis, & in l. quamvis C. de pignor. inclusio unius haud probat exclusionem alterius.

3. Siquidem tamen in dubium revocari nequeat conclusio, quod ubi fuit constituta particularis administratio, ex qua virtute consuetudinis, ac Statuti, Paramenta conficienda sint, omnes qui illius mantentioni concurrere debent ad solutionem debitæ quotæ veniunt compellendi, ut tradunt Bero. conf. 3. nu. 1. et 2. lib. 1. Panimoll. dec. 6. annot. 8. nu. 1. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 13. et nu. 9. et seqq. Ventrigl. in prax. annot. 18. nu. 2. p. 2. Rot. coram Mantica decif. 284. nu. 2. coram Coccin. dec. 289. nu. 1. repetit. in recent. decif. 287. nu. 1. par. 1. et dec. 454. num. 4. par. 3. eandem recent. attamen nec existentia hujus particularis Missæ pro Cappis, seu Pluvialibus conficiendis destinata, cui Dignitates quidquam persolvere consueverint sufficienter probari videbatur, nec Statutum conditum Anno 1584. eisdem Dignitatibus debebatur obesse.

4. Non quidem primum, nam quidquid revera sit in reliquis Cathedralibus Cathalonix, quod ubi etiam concludenter probatum esset, nullatenus officeret, ex quo consuetudo extendenda non est de loco ad locum, sed in specie probari debet, *Rota coram Seraphin. decif. 1159. nu. 6. in recent. decif. 214. num. 2. part. 7. et in Hispalen. divisionis simultaneæ, 11. Februarii anni præteriti §. Similiter, ac in Hispalen. Juris sedendi in Choro 21. Junii ejusdem anni §. Minusque coram R. P. D. meo Muto, & in puncto coram Mantica dicta decif. 274. num. 6. Particularis consuetudo in Ecclesia Gerund. minimè probata remansit, utpotè deducta solum ex quibusdam Testium depositionibus, quæ nul-*
lam

lam animadversionem merentur, nedum quia pendente lite, & absque litteris Remissorialibus ab ipsis Canonicis interesse habentibus, vel eorum Ministris fuerunt emissæ ad plenè tradita per Rotam in *Dertusen. Jurisdictionis* 6. Februarii 1696. §. *Tum quia coram me*; Verùm etiam quia extrahendo partitas solutionum, quæ procul dubio, ubi intercessissent, in scriptis fuissent redactæ per ea quæ ponderat Rota coram *Bichio dec. 74. nu. 43.* ubi concordantes cum aliis in *Romana Pecuniaria, seu locorum Montium* 14. Junii præteriti §. *Altera vero, coram R. P. D. meo Olmo*, plena rei probatio ex duplici documentis potuisset haberi, Cardinalis de Luca de *Jurisdictione disc. 37. n. 8.* Rota cor. *Cavaler. dec. 87. n. 1. in recentior. dec. 196. nu. 8. p. 1. dec. 18. n. 6. par. 6. & dec. 252. n. 1. par. 7.*

5 Quam veritatem agnoscentes Canonici de facto extrahi curarunt nonnullas Partitas, quæ tamen æquè ineptæ DD. visæ sunt, nam exceptis duabus posterioribus, quæ licet probent solutiones emissas per Archidiaconum de Sylva, & Benedictum Vadellam Anno 1692. & respectivè anno 1695. attamen attendi nequeunt, ex quo sunt actus, qui causam liti præbuere, ut observat Rota in *recent. in dec. 334. nu. 4. p. 1. coram Bichio decis. 169. num. 21. & dec. 522. nu. 20. & coram Priol. decis. 128. num. 8. et 377. num. 18.* ceteræ omnes sunt penitus extraneæ a casu nostro, utpotè solum præferentes, vel solutiones per Canonicos factas, qualis est illa, quæ contingit ann. 1340. *Summario Capituli num. 9. lit. A.* vel præstationem librarum quinque pro seriali sequuta de anno 1539. *d. Summario num. 8. lit. C.* quas libras quinque tanquam à Dignitatibus persolvi consuetas citra difficultatem exhibuit etiam ipse Benedictus Vadella, vel denique probantes portiones solutas per Episcopos, tum ratione duplicis Præbendæ Canonialis, quam obtinent in sua Ecclesia; Tum etiam ratione propriæ Dignitatis, ob quam cum esse dicantur de Capitulo, imò caput ipsius Capituli ad *Text. in cap. novit. et cap. quanto de his, quæ sunt à major. part. Cap. Corn. consil. 193. num. 3. lib. 3.* Cardin. de Luca de *Benef. disc. 1. sub num. 34. et disc. 28. sub*

num. 19. extrà controversiam easdem subministrare tenetur, ut cavetur in superioribus enunciatis ordinationibus in libro viridi descriptis; Ideoque eorum solutio Dignitatibus præjudicium inferre non potuit, quia cum hæc vox in Capitulo non obtineant, de Capitulo dici nequeunt, ut in similibus terminis alterius Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis ejusdem Civitatis Gerundæ, dixit Rota coram *Coccino dec. 497. num. 1. coram Bich. dec. 203. et seqq. et dec. 211. in fine.*

Nec relevat, antiquitas consuevisse Dignitates conferri personis actu Canonicis existentibus, idcirco mirum non esse si non reperiantur solutiones in nostris præcis terminis factæ, nam ut se habeat veritas hujus assumpti, cum inverisimile videatur, Dignitates instantum collatas fuisse, qui Canonicali Præbenda potiebantur, & eo fortius quia ex octo Dignitatibus Ecclesiæ Gerunden. sex ad præsens detinentur à Personis, qui Canonicatus non sunt insigniti, placuit DD. responsio, quod hoc non obstante, si Canonici in ingressu ad Dignitatem aliquid solvissent, facile posset Capitulum de solutione docere.

6 Cæterum defectus consuetudinis, & observantiæ, ultra quod probatur etiam ex ipso Statuto de recenti condito, nam data consuetudine, superfluum fuisset edere Statutum, ut ponderat Rota coram *Coccino dicta decis. 829. num. 1.* ad evidentiam demonstratur ex ipsamet Canonice confessione emissa in expositione Statuti, ibi namque quamvis studeret Capitulum oneri solutionis Capparum Dignitates subicere, ingenue tamen fatetur solos Canonicos præfata consuetudine hucusque obstrictos fuisse, verùm quia (inquit) etiam Dignitates Cappis utuntur, & ex illis honorem sentiunt æquum est, quod quemadmodum illas solvunt, & solvere consueverunt Canonici, ita etiam illas solvant Dignitates, confessio autem Partis omne genus probationis excedit, juxtà vulgatum Textum in *cap. per tuas de probationibus.*

Sublata ex his prima objecti parte à consuetudine desumpta, minus roboris habere visa est altera Statuto innixa, virtute cujus altem consuetudo Canonicos

afficiens, ad Dignitates quoque extendi contendebatur. Quippè quia, omiſſa inſpectione validitatis ejuſdem Statuti, ſuper qua hodie DD. non inſiſtebant, & ſublato æquivoco, quod Episcopus interſuerit capitulo per organum ſui Vicarii, cum Vicarius haud intervenerit exquirendo capitularium vota, ſed ſolum cum aliis confederit tanquam ſimplex Canonicus.

7 Cenſuerunt DD. memoratum Statutum, tanquam injuſtum ſubſtineri non poſſe, quia quidquid ſit, an huiuſmodi Capitulo competat facultas ſtatuendi adhuc ut juſtè in hypotheſi caſus noſtri revocari deberet ad actum, duo eſſentialiter requirerentur, primum videlicet, quod redditus operis, cui, ut præmiſimus, inſpectis conſuetudine, ac Eccleſiæ Statuto duplas quindecim in eorum ingreſſu perſolvere tenentur, impares pro impenſis ſupportandis fuerint adinventi, itaut urgeat præciſa neceſſitas alicujus ſubſidii ſuppediandi, aliàs enim illo ceſſante, nemo eſſet moleſtandus, ut bene explicat Glòſa in c. 1. in finalibus verbis de Eccleſ. ædific. & tenent ibi Henric. Boich. in fine. Hoſtienſ. nu. 1. verſic. & hoc intelligas, quando portio depoſita non ſufficit, Abbas ibidem n. 3. Butrigar. nu. 5. verſic. opponitur etiam circa finem, Anchar. nu. 2. Bero. conſil. 3. nu. 5. verſic. & tunc ante omnia recurrendum eſſet lib. 1. Piaſec. in prax. Episcop. p. 1. cap. 3. n. 1. & ſeqq. Valaſch. conſult. 79. nu. 11. & 12. Panimoll. dec. 6. annot. 8. nu. 2. Sperell. dec. 67. nu. 2. Ventrigl. in prax. annot. 18. nu. 2. part. 2. Rot. coram Mantica. dec. 284. nu. 3. & coram Coccin. dec. 829. nu. 5.

8 Alterum autem, quod deveniatur ad contributionem, Juris ordine ſervato, ut nempe probata neceſſitate Eccleſiæ, Episcopus pro illius reparatione priùs impendat quartam partem reddituum Menſæ Episcopalis, non ſolum futurorum, ſed etiam præteritorum, cum ei non liceat illos in alios uſus conſumere, ſed eoſdem reſervare teneatur pro fabricæ indigentis, Gloſſ. in cap. primum verbis final. de Eccleſ. ædificat. & tradunt omnes ſuperiùs ad ducti, & præſertim Bero. dicto conſil. 3. nu. 9. verſic. nec ſuffragatur lib. 1. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. nu. 22. & ſeqq. Rota

coram Mantica ſepè citata dec. 284. nu. 4. Quando verò nec Quarta Episcopi ſatis eſſet, tunc cogeretur Capitulum pariter de Quarta Canonicatum ſupplere, & deinde ſervatis Juſtitiaæ diſtributivæ limitibus, Dignitates cum reliquo Clero per Statutum ad præſatum ſubſidium pendendum adſtringi poſſent, ut proſequitur Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. nu. 42. verſic. quod modo prædicto, & cap. 20. nu. 39. & ſeqq. Panimoll. dec. 6. adnot. 8. nu. 6. Barboſ. de Offic. & poſteſt. Episcop. allegat. 64. nu. 5. & reſpondet Rot. d. dec. 829. nu. 8. & 9. coram Coccin. repetita, ut jam dictum eſt in rec. dec. 627. part. 1.

9 Quamobrem cum memorata Capituli diſpoſitio, prædictis nullatenus attentis, ſubjecerit Dignitates oneri duplarum quindecim in ingreſſu ſubminiſtrandarum, emiſſa utique cenſetur ad ſublevandam tantum propriam, ac Episcopi obligationem, ac proinde tanquam injuſta ſubſtineri non valet; Quamvis probaretur interventus ipſiuſmet Episcopi, & facta diceretur pro majori Dei Cultu, ut optime advertunt Frances ubi ſupra cap. 13. nu. 42. Rot. coram Coccin. dec. 829. nu. 4. & 5. & reſpondit Sac. Congregatio in quadam Parentina regiſtrata per extenſum apud Garziam de Benef. par. 8. cap. 1. nu. 90. Episcopus enim ſuppoſita obligatione propria, ac etiam exemptione Dignitatum emergente, tam ex dicta generali Juris diſpoſitione expreſſè præcipiente contributionem Eccleſiaſticorum pro reparatione Fabricæ faciendam eſſe ordine ſuperius expoſito, quam ex peculiariſſimis Eccleſiæ Ordinationibus formiter uſque ad hanc diem ſervatis, ſolas perſonas de capitulo in actu adipiſcendæ poſſeſſionis controverſæ præſtationi adſtringentibus, eximendo ſe à propria obligatione, haud valet in eorum præjudicium, ipſis inauditis, quidquam ſtatueri, quod à Juris cenſura, & à rectis Eccleſiæ ſuæ Canonibus deviet, ut docent Abbas in cap. ut ſi Clerici §. de Adulteriis num. 10. de Judiciis, Domin. de S. Gemin. in cap. licet in princ. num. 8. de elect. in 6. & in terminis alterius Statuti in Eccleſ. Gerunden. pariter inconcuſſè obſervati decifum fuit coram Seraphin. dec. 590. num. 5. & ſeqq. & coram

coram Greg. dec. 154. nu. 8. in versic. & fuit
sæpius.

10 Atque ex hoc capite existimarunt
DD. neutquam relevare, quod idem Statu-
tum à Reverendissimo Hispaniarum
Nuncio confirmatum extiterit, quoniam
nec ipsi licet rescribere, statuere, aut in-
dulgere contra Sacrorum Canonum cen-
suram, ut monuit Glossa in cap. finali verb.
figura, vers. sed dubitari solet de hæretic. in
6. Joan. Andr. in cap. finali num. 7. ibique
Hosien. sub num. 11. usque ad fin. ad Offic.
Archipresbyt. & in fortioribus terminis Le-
gati à Latere tradunt, Gratian. discept.
forens. cap. 300. nu. 50. Tondut. resol. Ci-
vil. c. 67. n. 17. to. 1. Rota in Ravennaten.
Donationis 5. Aprilis 1677. §. In præsen-
ti, coram clar. mem. Cardinali Viccomite, &
in Avenionen. Donationis 20. Aprilis 1682.
coram Reverendiss. D. meo Ursino Decano, &
novissimè concordantibus adductis respon-
sum fuit in Toletana Administrationis 26.
Junii superioris anni §. Altera, coram me.

11 Minusque refragari, quod in edi-
tione ejusdem Statuti nonnullæ Dignita-
tes Capitulo interfuerint, quodque etiam
ipsæ Cappis utantur; Primum enim tolle-
batur, nedum ex eo, quod prædictæ Di-
gnitates Capitulo intervenerant, tan-
quam Canonici, cum aliàs eidem interese
se minimè licuisset, dum voces in capitu-
lo non habebant, ut probatum est; Verùm
etiam ex quo consensus à duabus præsti-
tus, reliquis sex officere non potest, ad
Text. in cap. 1. & toto tit. de his, quæ sunt
à majori parte Capit. & firmat Rota in Ge-
runden. Anniversariorum 15. Decemb. 1575.
coram Cæsare de Grassis ubi supra, attento
potissimum, quod versamur in actu vol-
untario, in quo consensus omnium intere-
re habentium requiritur, ut Text. in
cap. humilis, ubi Innoc. nu. 2. vers. & ma-
ximè de major. & obed. Rota coram Bich.
dec. 256. nu. 23.

12 Secundum verò cessabat adver-
tendo, quod cum Dignitates sint exem-
ptæ à solutione, tam ex dicta generali Ju-
ris dispositione, quam ex particulari lege
Cathedralis Ecclesiæ Gerunden. ac in-
super de redditibus Operis Capitulum sem-
per dignitatibus Cappas liberè præstiterit,
proculdubio tenebitur imposterum illas
Monacelli Form. Pars II.

exhibere, sicuti de facto easdem submini-
strare non dedignatur cæteris Ecclesiæ
Beneficiatis, absque eo quod ratione usus
nihil unquam exsolverint, ad tradita per
Card. de Luca de Canonic. & Dignit. disc.
3. nu. 3. & seqq. Rot. dec. 542. n. 4. & seqq.
& dec. 533. nu. 1. & seqq. coram Bich. & in
rec. dec. 380. per tot. par. 11.

13 Quibus ita Statutis, nec dubitare
contingit, sub veteri Decreto in libro vi-
ridi compilato sub nomine Personarum
de Capitulo Canonicos tantum fuisse ad-
missos; siquidem sublata de medio con-
traria consuetudine Dignitates, quæ vo-
cem in Capitulo non habent, juxta Juris
dispositionem inter Personas de Capitulo
per solos Canonicos constituto connume-
randæ non sunt, ut ultra auctoritates su-
perius adductas in §. Quam veritatem in fi-
ne, specificè loquentes de Ecclesia Gerund.
generaliter firmant Compostellan. in cap.
1. nu. 4. vers. nunquam Portionarii, Fagnan.
in d. cap. 1. nu. 43. Valenz. conf. 194. n. 21.
& seqq. Ferret. conf. 115. per tot. Card. de
Luc. de Canon. & Capit. disc. 4. nu. 5. Rot.
coram Seraph. dec. 98. n. 1. & cor. Mart. An-
drea dec. 53. nu. 3. & in rec. dec. 708. n. 3. p. 2.

14 Undè à primo ad ultimum jure se-
qui visum fuit, quod cum nulla ratione
suffultum, Capitulum exigere valeat à
Dignitatibus prætenfas subministraciones
duplarum quindecim, cogendum esse ad
restitutionem æqualis summæ à Benedic-
to exactæ, quæ nunquam evitari potest,
quoties indebita præcessit solutio, ita fan-
ciente Textu in lib. 1. & toto tit. ff. de con-
dit. indebit. Joan. Galemart. in declarat. ad
Sac. Concil. Trid. cap. 14. nu. 1. Rota coram
Priolo decis. 42. num. 105. & coram Ninot.
dec. 2. nu. 8.

Et ita post secundam Causæ propositio-
nem responsum fuit utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Valentina Jurisdictionis.
Veneris 14. Februarii 1698.

A R G U M E N T U M.

Jurisdicção totalis concessa Reçtori in li-
mine foundationis Collegii auctoritate
G g 3 Papæ,

Papæ, censetur privativa etiam quoad cognitionem causarum ad exclusionem loci Ordinarii.

S U M M A R I U M.

1. *Lex præscripta in limine erectionis Collegii, cum approbatione Papæ, est servanda tanquam lex Papalis.*
2. *Fundator in limine foundationis potest apponere conditiones jure communi contrarias.*
3. *Assistentia juris non suffragatur quando in fundatione aliter cautum fuit, ibi.*
4. *Jurisdictio plenariè concessa in limine foundationis Reclori Collegii censetur data privativè etiam quoad Diocesanum, ibi, & nu. 5.*
6. *Exercitium jurisdictionis privativè, comprobatur observantia.*

D E C I S I O XXXVIII.

E Recto ex propriis redditibus usque de anno 1594. per Religiosissimum Virum Joannem de Ribera Patriarcham Antiochenum, & Archiepiscopum Valentium insigni Collegio sub invocatione Corporis Christi, & pro illius salubri regimine impetrata à sa. mem. Clemente VIII. amplissima facultate condendi leges, etiam non conformes dispositioni Concilii Tridentini, inter alias, quas ille Antistes apprime credidit conducere ad bonum gubernium Collegii, ea fuit, ut illius Rector pro tempore esset perpetuus Judex, & Superior loci, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, *In modo, che da tutti sia obedito, e si tenga per Ordinario, e perpetuo Vicario, come l'hà da essere, poiche al suo carico sta la soprintendenza di tutto quello, che si hà da fare in questa Casa, tanto in servizio della Chiesa come de gli altri Ministri.* Et ne iste abuteretur facultate sibi elargita, ulterius sancitum fuit, quod in Festivitate Pentecostes Archiepiscopus pro tempore, & in ejus absentia Vicarius Generalis, una cum duobus aliis Visitatoribus specialiter deputatis, visitare deberent Collegium, cum ampla potestate corrigendi, & puniendi

quacumque appellatione ab eorum Decretis prohibita, *ut in summ. Collegii nu. 3. & 4.*

Et cum ad formam hujus Constitutionis emanatæ, etiam cum specialissimo consensu Papæ, fuerit successivis temporibus exercita totalis Jurisdictio per Rectores Collegii, nihilominus quia appellatio interposita ab illius Decreto anno 1675. & recursum habitus ab uno ex Cappellanis dicti Collegii de anno 1690. ad Curiam Archiepiscopalem, timorem præbuit, ne impostero Agentes illius Curie eludere vellent Jurisdictionem Rectoris, hinc introducta Causa in nostro Auditorio dubitatum fuit coram me: An Archiepiscopo competeret Jurisdictio in Collegium extra visitationem, & DD. negat. vè responderunt.

1. Moti ex fundamentali Constitutione, superius recensita, quæ cum ex auctoritate Papæ fuerit adjecta in limine erectionis ipsius Collegii, & tanquam lex Papalis veniat omnino servanda, ne remaneat violata illius dispositio, Archiepiscopus neque tanquam Delegatus neque tanquam Diocesanus ullum jus sibi vindicare potest supra illos de Collegio, ut tradit *gloss. in cap. de Monach. verb. proventibus vers. habeat Ecclesiam, ex concessione Episcoporum, si certa forma fuit apposta, illa servetur de Præbend. & passim comprobant Oliva de for. Eccles. part. 3. quæst. 34. nu. 38. Pereir. de manu reg. cap. 17. sub nu. 10. vers. quod semper limitandum, & Rota coram Cert. dec. 161. nu. 7. cum seqq. & magis in specie coram Bich. dec. 448. nu. 3.*

2. Absque eo quod in contrarium urgeat, vel assistentia Juris vel dispositio Concilii *sess. 22. cap. 8. de reform.* nam reflectendo, quod sub initio foundationis apponi possunt quæcumque conditiones, etiam sub censura Juris non cadentes, ad *Text. in cap. præterea il 2. de jurepatr. cum aliis adductis per Ciarlin. controv. 69. n. 12. cum seqq. & alibi sæpè, quod in hac facti specie obtenta per Papam facultate condendi leges, etiam non conformes dispositioni Concilii, istius censura locum non habet, quando aliter conventum fuit in ipsa erectione, & fundatione, ut advertit Fagnan. in cap. licet 58. de Præb. cum alijs*

aliis relatis per Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. nu. 216. Corrad. in prax. benef. l. 2. c. 14. num. 45. Card. de Luc. disc. 40. num. 9. de jurisd. & Rot. coram Cerr. d. dec. 161. nu. 8. cum seqq. Hinc DD. ponderabant ex verbis ipsius Constitutionis omnimodam Jurisdictionem translata fuisse in personam Rectoris privativè etiam quoad Diœcesanum, nam si Fundator voluit, quod Rector pro tempore obtineret locum, & vicem Ordinarii, ac perpetui Visitatoris illius loci -- *In modo obe da tutti sia obedito, & supra se quoque haberet onus totalis superintendentiæ -- Di tutto quello si hà da fare in questa Casa*, ex hoc clarè datur intelligi, quod in illum delata fuit plenitudo totius superioritatis, ad tradita per Rot. coram Bich. d. dec. 448. nu. 7. & in Avenionen. seu Carpenteraten. Jurisdictioni 29. Aprilis proximè præteriti §. Secunda ratio coram me, ideoque juxta exigentiam subjctæ materiæ Jurisdictio attributa non censetur, nisi privativè quoad alios, quia non esset favor Collegii, unicè contemplatus à Papa, & Fundatore, si illius Ministri, & Officiales sub diversis Judicibus distrahi deberent per ea, quæ notant Rovit. conf. 60. nu. 2. l. 2. cum aliis allegatis in dicti. Avenionen. seu Carpenteraten. Jurisdictioni 29. Aprilis proximè præteriti §. Et demum coram me.

3 Nec dicatur hujusmodi superioritatem coerceri deberi intrà limites ministerialis, & æconomicæ Jurisdictionis, quoniam ex lectura ipsarummet Constitutionum satis clarè visum est illam concessam fuisse cum ea plenitudine, quæ erat in ipso tribuente, quia si Fundator omnimodam potestatem gubernii, & administrationis per ipsum præcedenter attributam Rectori, Collegialibus, restrinxit solummodo in actu visitationis, ab Archiepiscopo coequaliter peragenda cum duobus aliis visitatoribus, ut videre est in Summario Collegii nu. 4. ita quoque censendum est, quod pro reliquo tempore illam à quacumque subjectione eximere voluerit, ut in puncto firmat Tondut. quæst. Benefic. cap. 62. num. 3. Rota coram Bich. decis. 475. nu. 8. & in Telesina Administrationis Ecclesiæ, & Hospitalis 26. Martii 1696. §. Ultra verò coram Reverendissimo Domino meo Decano.

Tantò magis quia si Archiepiscopo ex lege foundationis prohibitum censetur jus privativum visitandi, ut firmatum fuit in hac causa coram Peutingen. dec. 480. Eo fortiùs prohibita dici debet Jurisdictio in causarum cognitione, ut arguendo à majoritate rationis tradit Rota in rec. dec. 393. nu. 3. p. 13. & dec. 71. nu. 1. p. 14.

4 Quæ omnia eo magis comprobata remanent ex subsecuta observantia, nam si in tanto temporis defluxu per Archiepiscopos Antecessores nunquam exerciti fuerunt actus Jurisdictionales supra illos de Collegio, & quoties aliquid attentatum fuit, remansit à judicibus superioribus circumscriptum, ut in Summ. Collegii nu. 5. ne tot Antistites dicantur fuisse segenes in eorum ministerio, dicendum est, Jurisdictionem usque ab initio attributam fuisse privativè, etiam quoad ipsos per ea, quæ tradunt Felin. in cap. Pastoralis nu. 5. in 8. limitat. de Offic. Ordin. Fagnan. in cap. postulasti num. 21. de jure patr. cum aliis adductis coram Bich. dicti. decis. 448. nu. 8. cum seqq. & dec. 474. nu. 3. & in Rec. dec. 493. nu. 5. par. 13. & in d. Avenionen. seu Carpenteraten. Jurisdictioni 29. Aprilis proximè præteriti §. Et præmissa eo magis coram me.

Et ita per contradictas resolutum fuit &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Leodien. Vicariæ.

Mercurii 10. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

Vota Capituli debent dari collegialiter à presentibus in Capitulo, & non absentibus, qui Votum per schedulam transmittere non valent. Consuetudo non dicitur probata nisi sit specifica, & pluralitate actuum effectuatorum, ac diurnitate temporis roboratur.

SUMMARIUM.

i Presentatus à majori parte Patronorum præferitur alteri presentato à minori.

Gg 4 2 Ca-

- 2 Canonici absentes à capitulo uti singuli non habent jus eligendi.
Canonici absentes non valent transmittere votum ad capitulum per schedulam, etiam volente, & admittente capitulo, ibi, & nu. 4.
Votum quod debet dari viva voce, non potest dari per Scripturam, ibi.
- 3 Canonici absentes legitime impediti possunt constituere Procuratorem ad præstandum suffragium, sed non mittere illud in scriptis, & adducitur ratio differentie.
- 5 Omnis actus Collegii sive Universitatis debet expleri collegialiter etiam si non agatur de vera electione juxta disposita in c. quia propter de elect.
- 6 Consuetudo admittendi vota absentium in scriptis an de jure subsistat remissive.
- 7 Consuetudo non extenditur de casu ad casum, sed debet esse specifica.
- 8 Consuetudo non inducitur ex unico actu, sed ex pluralitate, & diuturnitate temporis.
- 9 In votorum paritate gratificandus est, qui majoribus qualitatibus est insignitus.
Qui fuit præsentatus à medietate Patronorum est instituendus, si pro alia medietate obtinuit derogationem à Pontifice, ibi.
- 10 Additio Matricis, quæ non est in exemplari censetur per errorem adjecta ad excludendam falsitatem.

DECISIO XXXIX.

VAcante per obitum Joannis perpetua Vicaria Ecclesiæ Parochialis loci de Berlinghen, Capitulum, & Canonici Lossenses, ad quos spectat Vicarium eligere prævia determinatione, ut electio fieret Capitulariter, & viva voce, devenerunt ad nominationem, in qua quatuor ex sex Canonicis præsentibus elegerunt Renerum, cæterique duo nominarunt Christianum, Alii autem quatuor, qui reperiebantur absentes eorum vota ad Capitulum transmiserunt in scriptis, alter nempe qui tunc ægrotabat favore memo-

rati Reneri, alii verò tres favore ejusdem Christiani; In hac igitur votorum scissura, cum uterque ex nominatis literas præsentatorias obtinuerit, orta fuit inter ipsos non levis contentio super Institutione, quia in partibus pluries, sed diversimodè definita, & tandem ad me devoluta dedi dubium An, & cui sit adjudicanda Vicaria. Illoque proposito sub die 4. Julii proxime præteriti, ac informantè dumtaxat Renero emanavit resolutio Eidem Vicariam adjudicandam esse, ut decisione eadem die edita, adversus quam concessa ad preces Christiani nova audientia, Causam hodie repropofui, & utraque parte audita perfitum fuit in Decisis.

1. Cum namque ex facti serie superius recensita incontroverfium apparuerit dictum Renerum fuisse præsentatum à quatuor ex sex Canonicis, qui fuerunt præsentés in Capitulo, inde subsistere visum est principale decisionis assumptum, quod eidem adjudicanda sit Vicaria de qua est quæstio, excluso Christiano ab aliis duobus tantummodo electo, ex regula factis trita, quod præsentatus à majori parte electorum præferri debeat alteri à minori parte nominato ad Text. in cap. Quoniam ibique Felin. aliisque DD. de Jure par. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 71. Rota coram Cardin. Cerro dec. 375. nu. 11. & in recent. par. 8. dec. 379. n. 21. & segg. & par. 12. dec. 345. nu. 1. & par. 19. dec. 30. nu. 7. cum aliis in decisione hujus Causæ in principio.

2 Non relevante quod Christianus habeat etiam nominationem aliorum trium Canonicorum absentium, qui per schedulas eorum vota ad Capitulum transmiserunt, nam Domini specialiter animadvertentibus, quod cum simus in electione spectante ad Capitulum, quæ non nisi collegialiter, & omnibus Canonicis in unum congregatis fieri poterat, cum illi uti singuli nullum penitus habere valeant Jus eligendi ad Text. in cap. Quia propter ibi - Præsentibus omnibus de elect. ibique Hostien. num. 43. Innocent. num. 1. Fagnan. num. 37. Abbat. num. 12. & in cap. In Genesi 55. num. 4. & sub num. 7. eodem tit. ibique etiam Barbof. sub num. 2. & 3. late

latè Felin. *in cap. cum omnes num. 29. de Constit. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 5. quæst. 3. num. 14. Passerin. de election. cap. 10. num. 31. in princip. Castellin. in eodem tract. cap. 5. num. 65. Rot. coram Buratt. dec. 351. n. 11. ibique Addend. nu. 13. & 14. recen. part. 12. decis. 156. num. 15. & seqq. nequiverunt utique memorati tres Canonici singulariter, & seorsim à Capitulo eorum votum proferre, minusque illud per schedulas ad Capitulum in scriptis transmittere juxta Litteralem Textum *in cap. si quis justo 46. §. Absens de elect. in 6. ibique Barbof. n. 17. ubi conclusionem ampliat, ut consensus eligentium etiam volente Capitulo non possit per literas præstari, Gloss. in dicto cap. 5. Quia propter verbo venire in fine, optime Gonzal. in cap. in Genesi verb. communiter de elect. P. Sigismundus à Bonon. in eodem tit. part. 1. cap. 1. dub. 14. num. 1. Donat. rer. Regular. tom. 2. part. 3. tract. 4. qu. 17. n. 1. Passerin. de elect. dict. cap. 10. sub n. 31. & num. 35. in fine. Tamburin. de Jur. Abbat. dict. disp. 5. quæst. 4. n. 1. Castellin. de electionibus dict. cap. 5. sub num. 65. & num. 101. Boer. dict. par. num. 41. ubi pariter ampliat ad id, quod etiam volente Capitulo, hujusmodi suffragiorum præstatio effectuari non potest, Addend. ad Buratt. decis. 351. num. 12. litt. B. Rota coram eodem decis. 215. num. 3. & seq. & dec. 259. num. 5. & in dict. decis. 156. n. 12. & seqq. part. 12. recent. Præ maximè verò in casu hujusmodi, in quo cum jam emanaverit Capitalaris resolutio, quod vota proferenda essent viva voce, eo minus poterant Canonici eorum suffragium per litteras dare ob diversam rationem, quæ intercedit inter actum viva voce explendum & alium per scripturam expressum, ut ægregiè distinguit Ancharan. *in dict. cap. si quis justo num. 6. vers. in istis ergo, de elect. in 6. Boer. dict. dec. 1. sub n. 42. & seqq.***

3. Idque procedit etiam si sæpè dicti tres Canonici fuissent legitimo justoque impedimento detenti, quia cum jus commune *in dicto capitulo quia propter. §. Illud autem de elect. & in dicto cap. si quis justo in principio eodem tit. in 6. Satis absentium indemnitati providerit, statuendo scilicet, ut sic legitime impediti Procuratorem*

ad suffragium præstandum in Capitulo constituere valeant, ut advertunt Abb. *in dict. cap. quia propter sub num. 2. ibique Gonzal. n. 11. & Barbof. n. 37. Pater Sigismund. à Bonon. de elect. dict. dub. 14. n. 2. Lancelot. in tit. Canon. lib. 1. tit. 6. de elect. §. sed, & si quis, Donat. rer. Regular. dict. tract. 4. quæst. 16. num. 1. Castellin. de elect. dict. cap. 5. n. 101. Tamburin. de Jur. Abbat. dict. disput. 5. quæst. 4. num. 7. Idem Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 19. n. 100. & de Canonic. cap. 39. num. 11. Boer. dict. decis. 1. sub n. 45. Rot. coram Ubald. decis. 580. n. 4. consequens fit, quod neque in hoc casu valuissent ad alium modum votandi in scriptis recurrere, ex ea validè notabilis differentie ratione, quod in transmissione suffragii in scriptis eo ipso inducitur perfectio actus, quem eligens extra Capitulum adimplere non potest: In electione autem Procuratoris dictus actus remanet in fieri, nec perfectionem assequitur, nisi de tempore quo idem Procurator nomine sui Principalis præsentialiter in Capitulo suffragium præstat, ut alias respondit Joan. Andr. *relatus à gloss. in dict. cap. si quis justo verb. exprimendum, cujus verba notanda esse inquit Boer. dict. decis. 1. num. 46. sequitur P. Sigismund. à Bonon. dict. dub. 14. sub num. 4. ubi refert sic fuisse à Sac. Rota decisum Barbof. in dict. cap. si quis justo n. 18. ubi cum sequentibus aliis rationibus, & exemplis optime materia exornat.**

4. Hinc rejiciendam esse Domini censuerunt auctoritatem Hostien. *in Summ. de elect. post §. Quis possit eligere num. 8. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 2. Portell. respons. moral. part. 2. cas. 1. num. 5. Garz. polit. Eccles. tract. 9. difficul. 2. dub. 5. num. 8. in fin. intrepide firmantium absentes in scriptis posse ad Capitulum eorum suffragia transmittere. Quoniam ultra quod Hostien. loquitur in casu, quo absens non potuerit Procuratorem invenire, in quibus etiam terminis contrarium tenent ex professo de Magistr. *in prax. Eccles. tom. 1. lib. 1. tit. 6. cap. 2. num. 14. pag. mihi 150. & Donat. rer. singular. tractat. 4. part. 17. in princip. Azor. verò, & Portell. se fundant in Constitutionibus Societa-**

cietatis Jesu, & Congregationis Sancti Joannis Evangelistæ in Portugallia, in quarum peculiaribus terminis dumtaxat eorum auctoritatem procedere posse animadvertunt Donat. in proximè citata qu. 17. num. 2. usque ad fin. Passerin. de elect. cap. 10. num. 31. circa medium, & demum Garz. id voluit ubi adsit legitima consuetudo, cui standum esse ibidem declarat. In Universum præterea concurret ponderatio, quod eorum singularis opinio est adversativa expressæ Sanctioni dicti textus in Cap. si quis iusto, communique Doctorum Sententiæ pluries etiam in Tribunali nostro receptæ; proindeque illam Jure merito non esse admittendam monet præ cæteris Passerin. de elect. dict. cap. 10. sub num. 31.

5. Nec subsistit quod hæc omnia procedant in electione speciali Dignitatum primi Ordinis explenda per Scrutinium ad tramites Text. in cap. Quia propter de elect. non item in Electionibus Dignitatum inferiorum, ob quarum vacationem Ecclesia Viduata non remanet. Nam generale est in omnibus explicandis per Capitulum, & Universitatem, ut etiam in his, in quibus forma Scrutinii non exigitur, collegialiter, & simul in unum consensus, vel dissensus præstetur, ut notabiliter tradit Anton. de Butr. in Cap. In Genesi n. 28. de elect. in his verbis se explicans -- Quæro tertio quid in electionibus inferiorum Dignitatum, vel Beneficiorum, in quibus non habet locum forma cap. Quia propter, dicit hic Innocent. quod non vitiantur electio, licet non sit communis, & fiet ab omnibus singulariter. Et idem in præsentationibus Rectorum, dum tamen si actus ille spectat ad Capitulum, fiat per Capitulum, & simul in unum, aliàs si singulariter, & extra Capitulum consentiret, Jus nullum sequeretur, alii dicunt quod exigitur etiam in talibus communis electio licet non exigatur forma Scrutinii. Felin. in cap. cum omnes n. 24. de Constit. optime. Barbof. in d. Cap. Quia propter num. 9. ubi advertit quod etiam ante formam hujus Cap. exigebatur dictus simultaneus consensus, & in puncto electionis Canoniorum firmavit Rota in dict. dec. 351. n. 11. coram Buratt. & dec. 156. n. 12. & seqq. part. 12. rec. nec contrarium

tenuit Boer. in d. dec. 1. n. 25. & seqq. quia ibi solum firmat esse singulare in electionibus faciendis per Scrutinium ad formam dicti cap. Quia propter, ut votum oretenus, & non per Cartellos præstetur, quod non fervari postmodum subjungit in aliis agentibus per Universitatem, seu Capitulum, cum in his possit quilibet votum suum dicere in communi etiam aliis audientibus: nunquam autem asserere voluit, quod in casu absentium valeant Canonici eorum suffragium ad Capitulum in scriptis transmittere, ut patet ex illius lectione.

6. Prædictis autem minimè adversari valet opposita consuetudo admittendi vota absentium in scriptis, quam servandam esse monent Gonzal. in dicto Cap. propter n. 12. in fin. Garz. polit. Eccl. tr. 9. difficult. 2. dub. 5. n. 8. pariter in fin. Passerin. de elect. cap. 10. sub n. 31. Quandoquidem quidquid sit de illius subsistentia in Jure, adversus quam acriter invehunt Ferret. in cap. cum omnes n. 56. de rescrip. Boer. dict. decis. 1. n. 49. P. Sigismund à Bonon. de elect. p. 1. cap. 1. dub. 3. n. 3. & 9. & dub. 19. num. 1. in fin. & dub. 111. num. 6. & prius illam reproboverat idem Garz. in politic. Eccl. in allegat. dub. 5. n. 7. vers. ne menos prudent. objectum cessat in radice, quoniam ex tribus actibus, qui ad afs. consuetudinem inducendam circumferuntur ea nullatenus probatur.

7. In primo enim, & secundo ex illis agebatur de deputatione ad officium Matricularii Superioris, quod cum sit servile ipsius Capituli, hinc fit, quod objectum in illius electione admitteretur talis consuetudo, non tamen ab ea valleret inferri ad consimilem consuetudinem servandam in electione Canoniorum ob diversitatem rationis inter unum, & alterum casum intercedentis, ut in puncto respectivè Rota decis. 278. n. 9. vers. Idque facilius, & seq. & dec. 304. num. 6. & seqq. part. 12. recent. regulare enim est, quod consuetudo non suffragatur, quoties probata non sit specificè, & in individuo casus de quo agitur cap. fin. de consuetud. in 6. Roland. conf. 69. n. 24. lib. 3. Aym. conf. 96. num. 4. Marefcott. var. resolut. lib. 2. cap. 100. n. 4. & seqq. Rota coram Dunozet. jun. dec. 945. sub

sub num. 11. coram Cerro decis. 380. num. 4. & decis. 551. num. 6. & seqq. & in recent. dicta decis. 278. n. 5. & dict. dec. 304. n. 6. & seqq. part. 12. & in Bononien. Aquarum 8. Junii 1696. §. Minusque coram me, cum illa de casu ad casum non extendatur, Cravett. cons. 30. num. 9. Surd. cons. 206. num. 6. Rot. decis. 513. num. 17. part. 5. & dict. dec. 278. num. 6. & dict. dec. 304. n. 8. & 9. part. 12. recent.

8. In tertio demum ex dictis actibus, qui emanavit de anno 1672. licet ageretur de electione Scholastici, atque alter ex Canonicis suum votum ad Capitulum transmiserit, cum tamen sit unicus, & recens, atque iterum non probetur effectus, nequit legitimam consuetudinem in Judicio admittendam inducere, cum ea sola convincatur ex pluritate actuum effectuatorum Bartol. in leg. de quibus n. 10. ff. de legib. Marefcott. var. resol. dict. cap. 100. sub n. 1. Adden. ad Buratt. decis. 497. n. 2. Rota coram Cerro dec. 552. num. 18. & seq. coram Bich. dec. 48. n. 14. & 15. & rec. dicta decis. 278. sub n. 3. & in dicta dec. 304. n. 21. part. 12. Et ex diuturnitate temporis, qua in consuetudine, prout hic juri communi resistente. talis requiritur, ut saltem attingat spatium quadraginta annorum ad Text. in cap. fin. ubi Glof. verb. legitime de consuetud. Marefcott. var. resol. d. cap. 100. n. 8. Sperell. decis. 89. n. 25. & seqq. Rota in recent. dict. dec. 278. n. 16. & 17. & dict. decis. 304. n. 18. part. 12. & in Gerunden. Administrationis Sede vacante 24. Januarii 1687. versic. nec magis, & 20. Junii ejusdem anni §. Neque demum cor. bon. mem. Emerix.

9. His itaque sic firmatis, licet Patres ab oppositis exceptionibus bonum jus Reneri satis vindicatum crediderint; ulterius tamen procedere volentes, ponderarunt, quod quando etiam connumeranda essent tria vota ab absentibus per Schedulas favore Christiani ad Capitulum transmissa, adhuc, quia Renerus etiam in hoc casu haberet quinque suffragia, prout habet Christianus, eo quod alter ex dictis Canonicis absentibus ad illius favorem votum pariter in scriptis dedit, eadem utique in hac votorum pariter adjudicanda esset Vicaria; Tum quia majo-

ribus est qualitatibus insignitus, qua de causa per viam gratificationis praefertendus esset Christiano, ut observat praeterea decisio §. finali. Tum etiam, quia pro alia medietate vocum opportunam derogationem à Summo Pontifice imperavit cap. cum cui de probat. in 6. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 23. n. 1. Rota coram Seraphin. dec. 318. n. 1. coram Coccin. decis. 2318. n. 6. coram Bich. decis. 419. n. 6. coram Cerr. dec. 135. n. 6. & in rec. par. 7. dec. 275. n. 2.

10. Non attenda replicatione, quod idemmet Christianus praeter quinque relata vota habeat etiam Suffragium Decani. Quoniam cum iste nec fuerit praesens in Capitulo, nec votum suum praestiterit, ut primo risultat ex publico, & legali transumpto Instrumenti Electionis per Secretarium ejusdem Capituli edito, in quo apparet sex tantummodo fuisse Canonicos praesentes, nulla facta mentione asserti interventus Decani, minusque illius Suffragii. Et secundo ex protestatione ab ipso ante nominationem formiter emissa, quod ad illam deveniendum non esset per electionem, sed per concursum, vanum exinde redditur assumptum, quod etiam illius votum ad favorem Christiani veniat dinumerandum, & quidem tametsi in matrice dicti Instrumenti legatur nomen, & suffragium dicti Decani, quia cum utrumque appareat fuisse ex postea cancellatum; dicendum est, quod additio illa fuerit erroneè in matrice adjecta, quemadmodum omnino censeretur debet ad excludendam falsitatem, de qua secus esset arguere Notarium, qui dictam additionem omisit in exemplari, ut in specie dixit Rota in decis. 219. num. 13. vers. quod abraso, & num. 14. part. 10. recent.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Firmana Jurisdictionis.
Lun. 10. Maii 1700.

A R G U M E N T U M.

Agitur de Visitatione, & jurisdictione Ordinarii in exemptos, & in Regulares exercentes Curam Animarum.

S U M M A R I U M.

- 1 Abbas Farenfis habet jurisdictionem quasi Episcopalem.
Jurisdictio loci dismembrati transit in eum cujus favore facta est unio, ibi.
- 2 Subrogatum acquirit naturam illius in cujus locorum subrogatur.
- 3 Regulares omnes olim attento jure communi fuerunt Episcopis subiecti.
- 4 Monasteria Regularium fuerunt exempta à lege Diocesana tempore Divi Gregorii.
- 5 Regulares fuerunt exempti à jurisdictione Episcoporum vigore privilegiorum particularium Summorum Pontificum.
- 6 In generali derogatione privilegiorum non veniunt privilegia, quæ sunt inserta in corpore juris.
- 7 Constitutio posterior, non derogat priori, nisi cum prima sit incompatibilis.
Monasterium, sive Ecclesia exempta, si de una ad aliam Diocesim Papæ auctoritate transferatur retinet exemptionem, ibi, & n.8.
- 9 Verba dispositionis universalis, restringuntur per alia limitativa subsequenter apposta.
- 10 Superiores Regulares habent jurisdictionem correctionalem in Religiosos, quamvis jurisdictioni Episcoporum subdantur.
- 11 Verbum Superioritas comprehendit jurisdictionem.
Exceptio est de comprehensis in regula, & intelligitur retentis terminis regule, ibi.
- 12 Ordinarius visitat Ecclesias Regularium Curatas in iis quæ concernunt Curam Animarum.
- 13 Exemptio Ecclesiarum efficit, ut non dicantur de Diocesi, non verò ut non sint in Diocesi.
- 14 Regulares, an, & quando præfici possint ad exercendam Curam Animarum in Ecclesiis Parochialibus & num. 15. & 16.
- 17 Regulares Curam Animarum subiciuntur jurisdictioni Ordinariorum in iis quæ concernunt Curam, & administrationem Sacramentorum, & num. 19.
- 18 Una, & eadem persona, quæ duplicem personam gerit, potest esse exempta, & subiecta diverso jure.
- 20 Episcopus in Regulares exercentes Curam Animarum utitur jurisdictione Ordinaria, & asseritur ratio num. 21. & 22.
Regulares qui non exercent Curam Animarum, sed in ministrandis Sacramentis delinquant subsum jurisdictioni delegatæ Episcopi, ibi.
- 23 Decreta Concilii Trid. indigent expressa derogatione.
- 24 Exceptio est de regula, & limitat regulam.
Interpretatio ea capienda est per quam repellitur absurdum, ibi.
- 25 Dum verba legis seu Constitutionis sunt clara, frustra recurritur ad conjecturas.
- 26 Constitutio posterior non revocat precedentem, nisi expressè dicatur.
Dismembratio tanquam odiosa est concludenter probanda, ibi, & n.27.
- 28 Exemptio restricta ad Ecclesiam, & Clericos, non comprehendit Populum.
- 29 Gratia innixa super erroneo supposito corrumpit.
Jurisdictio Abbatis Commendatarii in Ecclesia secularizzata, est eadem, quæ erat quando erat Regularis, ibi.
- 30 Observantia explicat naturam concessionis jurisdictionis in exemptos.
- 31 Observantia debet esse circa tempus dispositionis.

- 32 Actus gesti sub falso supposito, non inducunt observantiam.
- 33 Visitaciones etiam in concernentibus Curam Animarum fieri possunt cum lativè ab Episcopo, & a Prælato inferiori Ordinario loci exempti.
- In concursu actuum jurisdictionalium ad probandam observantiam, prævalent hi, qui fuerunt gesti ab habente juris assentiam, ibi.
- 34 Ecclesiæ omnes de jure præsumuntur Sæculares, & non Regulares.
- 35 Ecclesia dependens ab alia Ecclesia exempta non efficitur exempta, nisi expressè dicatur, quia exempto capite non præsumuntur exempta membra.
- Regula quod de connexis idem est iudicium, non procedit in privilegiis, præsertim exemptionum, ibi.
- 36 Ecclesiæ exemptæ in quibus inserviunt Præsbyteri Sæculares, possunt visitari ab Episcopo quoad omnia tanquam Sedis Apostolicæ Delegato.

DECISIO XL.

SANCTÆ MEM. GREGORIUS XIII, ANNO 1572. exequendo ea, quæ à providentiâ Beati Pii V. Antecessoris processerant ad reintegrandum Episcopum Firmanum Jurisdictione spirituali plurium Oppidorum, quæ separata ab illius Diocesi, Episcopatus Ripæ Transonæ noviter erecto applicaverat, dismembravit, & separavit à Jurisdictione Abbatia Farsensis Castra, seu Oppida Sanctæ Victorie, Montis Falconis, ac Montis S. Mariæ in Giorgio cum omnibus in eis existentibus Collegiis Parochialibus, & aliis Ecclesiis, ac Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, & aliis cum Cura, & sine Cura sæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, unâ cum utriusque sexus Personis, Habitantibus, & Incolis, tam Laicis, quàm Sæcularibus, Clericis, Presbyteris, & Religiosis cujuscumque status, ordinis, & conditionis, & quæcumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, illaque sic dismembrata applicavit, univit, & appropriavit Diocesi Firmans, & illius pro tempore existenti Episcopo, eodem modo, forma quibus erant

Monasteriis, & illorum Abbatibus Farsensibus subiecta.

2 Declaratione adjecta, quod ex dictis separatione, & unione, quoad superioritatem, quam in Monasteriis, seu Prioratibus Regularibus ejusdem Ordinis habebant Abbates, seu Commendatarii Farsenses, nullum eisdem inferretur præjudicium, sed pro tempore existens Episcopus Firmanus, eam tantum haberet Jurisdictionem, quam cæteri Episcopi in similibus habere solebant.

Inter prædictas Ecclesias dismembratas, altera existebat Regularis Ordinis S. Benedicti sub invocatione S. Victorie in Oppido ejusdem nominis, cujus Regularis disciplina cum jamdudum collapsa esset, san. mem. Urbanus VIII. illam unâ cum duabus positis in Diocesi Montis Alti, omni suppressa Regularitate, sæcularizavit, totidem erectis Vicariis in singulis Ecclesiis, in quibus Cura Animarum imminerebat, subjiciendo Vicarios ab Abbate Commendatario eligendos omnimodæ ejusdem Jurisdictioni: Ac successivè sollicitus de majori earundem Ecclesiarum sæcularizationum bono, erexit in præfata Ecclesiæ S. Victorie Collegiatam; reservatis favore Abbatis Canonicatum collatione, approbatione, & institutione, ac insuper jure corrigendi, visitandi, omnimodamque jurisdictionem in Canonicos, & Collegiatam exercendi.

Hujusmodi porrò Bullæ dismembrationis, & sæcularizationis causam præbuerunt pluribus controversiis inter præclaræ memor. Cardinalem Franciscum Barberinum Abbatem Farsæ, & clar. mem. Cardinalem Gualterium Archiepiscopum Firmanum super Jure visitandi Ecclesiam prædictam S. Victorie erectam in Collegiatam, aliasque Ecclesias olim ab eodem Monasterio dependentes: Causaque delata sub variis dubiis anno 1653. ad Sac. Congregationem Concilii, prodit Decretum *Constare de omnimoda Jurisdictione tam Ordinaria, quam Delegata Ecclesiarum, quæ fuerunt expressè in Bulla secularizationis san. mem. Urbani VIII. favore Eminentissimi Commendatarii*: nulla capta resolutione quo ad Eccle-

Ecclesias inibi non expressas, subindeque Colligantes venire ad amicabilem concordiam ad eorum vitam tantum duraturam, ut patuit ex ejus tenore hodie exhibito, ejusque meminit clar. mem. Card. de Luca scribens in *Causa decis. 14. n. 1. de jurisdic.*

Expirata per obitum Cardinalis Gualteri exposita transactione, antiquas in eadem Sacra Congregatione Concilii instaurarunt controversias gemini successores Archiepiscopi scilicet Reverendissimus Gualterius prædefuncti Cardinalis Nepos, & clar. mem. Cardinali Ginnetus, propofitaque Causa anno 1687. ob votorum scissuram nulla prodiit resolutio, sed rescriptum fuit. — *Ad Eminentissimum Præfatum pro Concordia*: quæ cum ad finem perducere non potuerit, idem Cardinalis Archiepiscopus Ginnetus, & Eminentissimus D. Cardinalis Carolus Barberinus in eadem Abbacia Farsensi Cardinali Francisco Patruo successor impetrarunt à san. mem. Alexandro VIII. Commissionem directam eidem S. Congregationi Concilii, ut tamen procederet cum voto nostri Auditorii, omnibus Dominis suffragantibus, & appellatione remota: sed vita hoc interim functo Cardinali Ginneto, & ad Ecclesiam Firmam assumpto Eminentissimo D. Cardinali Cincio, nova ad tenorem antecedentis signata fuit Commissio, ad cujus formam cum hodie dubitaverim — *An, & quo Jure liceat Eminentissimo Archiepiscopo Firmano visitare Ecclesias, de quibus agitur.* Responsum fuit Affirmativè juxta modum, quis talis est — *Licere Archiepiscopo visitare jure ordinario Ecclesias contentas in Brevis Gregorii XIII. exceptis Monasteriis, & Prioratibus, in quibus de tempore dismembrationis actu existebant Regulares, eaque posse visitare quod ea quæ concernunt curam Animarum, juxta formam præscriptam à S. Conc. Trid. Reservato ad aliam peculiarem disputationem examine quoad alias Ecclesias in dicto Brevis Gregorii XIII. non comprehensas.*

1. Notoria sunt fundamenta, quibus nitetur prima responsi Pars tribuens Eminentiss. Archiepiscopo potestatem visitanti jure Ordinario Ecclesias in Brevis

Gregoriano comprehensas. Cum enim illius vigore præmemorata Castra fuerint à potestate, & dominio Monasterii Farsensis dismembrata, & Episcopatu Firmano applicata, in dubium vocari nequit quin illamet potestas Diocesana, & Jurisdictionalis, quæ ante dismembrationem in dictis Castrorum Ecclesiis competebar Abbati Farsensi, utpotè habenti jus quasi Episcopale cum qualitate Nullius, de qua testantur Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 4. Rot. dec. 870. n. 1. coram Coc. Card. de Luc. disc. 14. n. 1. de jurisdic.* transiverit post dismembrationem in Episcopum Firmatum, ita ut ubi prius eadem Ecclesie essent de Diocesi Abbatis, postea effectæ sint de Diocesi Episcopi Firmani, ex vi, & naturæ veræ separationis Territorii ab uno Ordinario, ejusque applicationis, & unionis ad alterum ab habente legitimam facultatem procedentium Ancharan. *conf. 114. n. 2. & seq. Rot. coram Seraph. dec. 645. n. 2. & dec. 1090. n. 4. & dec. 304. n. 1. cor. Greg. & dec. 1708. n. 3. cor. Coc. & dec. 30. n. 1. p. 6. & cor. Cels. dec. 200. n. 3. ac decis. 99. n. 2. p. 14. & in Hispal. Decimarum de Olivare 3. Januar. 1679. §. Ex hoc igitur cum seq. cor. bon. mem. Baurlemont.*

2. Stantibus potissimè verbis, & clausulis generalibus, ac effrenatis, quibus legitur concepta dismembratio, illisque signanter subrogationis Episcopi Firmani loco Abbatis, & Commendatarii Farsensis ibi: *Ipsiusque pro tempore existenti Episcopo Firmano, ac illius Jurisdictioni, Domino, Potestati, Superioritati eisdem modo, & forma quibus Monasteriis, & illorum Abbatibus, seu Commendatariis prædictis suberant, subjecit, & supposuit.* Quemadmodum igitur ante fecutam dismembrationem Abbas Commendatarius gaudens quasi Episcopali jurisdictione exercebat in d. Castrorum Ecclesiis jurisdictionem Ordinariam, ita eis ab ipsius Territorio sublatis, & subjectis Episcopo Firmano evidens est, jus plenarium, quod spectabat ad Abbatem, exerceri posse ab Episcopo in ejus locum subrogato, cum subrogatio transformet subrogatum in personam illius, in cujus locum subrogatur, ex potissimis juribus, quæ refert Rota *decis. 490. n. 2. p. 4. Dunozett. jun. dec. 495. num. 17. & seq.*

Et seq. cor. Alexandro VIII. dec. 123. n. 14. & dec. 64. n. 4. part. 18. rec. Quando aliàs prout in casu, dubium non est, quin Dignitas Episcopalis subrogata, sit subiectum capax jurisdictionis Ordinariæ, quæ competeat ei, cui subrogatur Innoc. cap. Pastoralis n. 2. de donat. & in cap. Later. n. 9. de Præbend. Hostien. in d. cap. Pastoralis n. 6. in fin. Lap. alleg. 134. per tot.

3. Ex quibus plana equidem visa est resolutio quoad primam responsi partem; Verùm aliqua dubitandi emerit ratio quoad secundum illius membrum exceptuans à subiectione visitationis Eminentiss. Archiepiscopi jure Ordinario Monasteria, & Ecclesias, in quibus actu habitabant Regulares de tempore dismembrationis, Proponente Eminentiss. Archiepiscopo adeò effrenata, ac generalia esse verba controversæ dismembrationis, ut etiam ad effectum visitationis jure Ordinario, Monasteria, eorumque Ecclesias comprehendere sint apta; quinimò neque deesse specialia illas nominatim comprehendentia ibi: *Cum omnibus, & singulis in iis existentibus Collegiis Parochialibus, & aliis Ecclesiis, & Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus, & aliis cum Cura, & sine Cura Secularibus & quorumvis Ordinum Regularibus, Et infra -- Nec non utriusque sexus personis habitantibus, & Incolis tam Laicis, quàm Secularibus, Clericis, Presbyteris, Religiosis quibuscumque cujusvis status, ordinis, gradus, & conditionis existerent.* Ex quibus contendeatur litteralem depræhendi concessionem subordinationis Monasteriorum Regularium omnimodæ Jurisdictioni Ordinariæ Episcopi per viam reversionis ad veterem juris antiqui dispositionem, juxta quam Monachi & Regulares suberant legibus Diocesanis, & Jurisdictionalibus Episcoporum ad Text. in cap. compertum de Offic. Ordinar. & in cap. fin. de Cappel. Monach. & tradunt Barbof. de Episcop. alleg. 105. n. 1. & seq. Fagnan. in cap. nimis grave n. 3. de excess. Prælat. Card. de Luca de Jurisd. disc. 28. n. 8. §. Verum & disc. 29. n. 5. Card. Albic. apud eundem in disp. de Jurisd. Card. in Eccles. suor. Titul. discept. 2. num. 116. Rota decis. 15. part. 1. recent. per tot. & uberrimè comprobatur P. Tho-

massin. de Benefic. cap. 26. et cap. 27. per tot. lib. 3.

4. Domini tamen in contrariam abjurerunt sententiam authumantes non licere Eminentiss. Archiepiscopo Ecclesias Regulares visitare jure ordinario quoad omnia, sed in iis tantum, quæ concernunt Curam Animarum, tributa in reliquis jurisdictione Eminentiss. Abbati. Res namque satis explorata est, cuncta Orbis Monasteria, earumque Ecclesias fuisse in vim particularium privilegiorum tam à lege Diocesana, quàm jurisdictionalis Episcoporum exemptas. A Diocesana quidem in Concil. Lateranensi habito anno 601. sub D. Greg. Magno relato in *Canone quam sit necessarium*, ubi Gloss. *ibid. verbo Juvibus caus. 18. quæst. 2. & in Epist. 18. ejusdem Sancti Doctoris l. 7. indic. 1.* & testatur *clar. mem. Card. Baronius in suis Annalibus sub eod. anno 501.* à quo tempore omnia Monasteria Regularium reputata fuerunt exempta à lege Diocesana, ut patet *ex c. cum pro utilitate 34. caus. 16. q. 1. c. 51. ex laicis 1. cap. 10. qu. 1.* ubi etiam refertur in *Summa antedictum c. 1.* Gloss. *in cap. inter cætera 8. verb. solutionis can. 10. q. 3.* & latè differunt Lotter. *de re benefic. l. 1. q. 24. n. 44. et 45.* & alii plures relati per Passer. *de stat. hom. q. 189. n. 10. inspect. 10. n. 974.* CoKier. *de Jurisd. Ordin. in exemptos p. 1. q. 1. n. 5. et q. 16.* Tambur. *de jur. Abbat. disp. 15. q. 3. n. 3.* Card. de Luc. *de Jurisd. disc. 19. n. 2.*

5. A jurisdictionali, vigore particularium Privilegiorum Summorum Pontificum primus Adeodatus anno 670. sexagesimo post obitum Divi Gregorii ad hanc antea inauditam venit novitatem, liberando à potestate jurisdictionali Episcopi Turonensis (ipso tamen ultrò petente, & instante) Monasterium B. Martini, ut refert Card. Baron. *dicto anno 679. num. 2. juncto num. 5.* ad cujus exemplum fuerunt per Successores Pontifices à vinculo, & potestate Spirituali Episcoporum liberata cætera Orbis Monasteria novæque Regularium Familiæ, & Congregationis, vel expressè, vel per communicationem Privilegiorum, semper tamen, vel penè semper consequentibus Episcopis, Teste præ cæteris P. Thomassin. *de Benefic. part. 1. lib. 3. cap. 30. num. 7.* qui in subse-

quentibus tribus capitibus latè differit de more juxtà temporum seriem de origine, & progressu exemptionum Ordinis Monastici; & ex nostris Lotter. *de re benef. l. 1. q. 24. à n. 87. ad n. 90.* CoKier. *de jurisd. in exempt. p. 1. qu. 17. n. 9.* Barbof. *de Episcop. alleg. 105. n. 3.* Fagnan. *in cap. nimis grave n. 3. de excess. Prælat. & latius in cap. suarum num. 10. de Privileg.* Frances. *Episcop. Barbastrensis in Pastoral. regul. p. 2. q. 2.* Alter. Frances. *de UrrutigoyK. de Eccles. Cathedral. cap. 30. n. 75. cum seqq.* Card. de Luc. *de jurisd. disc. 28. num. 2. cum seq.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. d. cap. 3.* ubi per extensum refert Privilegia concessa Ordini Divi Benedicti, sub cuius Regula militant Monasteria Castorum, de quibus est sermo.

6. Quia stante Monasteriorum Regularium exemptione in vim Privilegorum postea in ipso juris corpore insertorum, nullo pacto affirmari potest Summum Pontificem Gregorum XIII. per controversam Oppidorum dismembrationem quantumvis generalem voluisse ad formam antiquorum Canonum subicere Jurisdictioni Episcopi Firmani non solum Ecclesias Sæculares antea Abbati tamquam Ordinario loci subditas, sed etiam Monasteriales, quibus tamquam Regularis Superior præerat, nisi doceatur, & constet, quod in eodem actu dismembrationis derogasset amplissimis Monastici Ordinis Privilegiis, & quidem expressè, non sufficiente derogatione generali, sub qua non veniunt Privilegia inserta in corpore juris, resistente præsumptione, quod dictus Pontifex voluerit uno verbo tollere Privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per Antecessores Pontifices concessa, per ea, quæ notant Crot. *in cap. licet de Constit. in 6. n. 34.* Felin. *in cap. nonnulli n. 6. de for. compet. Butr. in cap. final. eodem tit. Roman. conf. 498. n. 13. volum. 1.* Suarez *de leg. lib. 8. cap. 38. n. 12.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 7. n. 26.* Amostaz. *de Caus. Piiis lib. 5. cap. 11. n. 10.* & lato calamo citatis concordantibus Passerin. *super 6. in cap. licet de Constit. n. 317. cum seqq.* & in specie CoKier. *de Jurisd. Ordin. in exemptos p. 3. q. 9. n. 1. & 2. ac per tot.*

7. In Brevi autem Gregoriano non legitur expressa dictorum Privilegorum exemptivorum derogatio: Et quamvis inter Ecclesias, & Habitatores Oppidorum dismembratorum recenseantur Monasteria, & Regulares, talis expressio facta est ad ostendendum, ac declarandum, quod etiam ipsæ Ecclesiæ Regulares abstractè intelligerentur à Diœcesi Abbatum, & appositæ in Diœcesi Episcopi Firmani, sed non ad illas efficiendas de eisdem Diœcesi, sicque non ad effectum illas supponendi jurisdictioni Ordinariæ Episcopi quoad omnia cum subversione amplissimorum Monastici Ordinis Privilegorum, sed ad illas tantum subijciendas Episcopis, quoad ea, quæ non obstante exemptione, jus commune illis reservavit, & Sac. Concilium Tridentinum, vel renovavit, vel tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis concessit; Deficiente propterea expressa derogatione juris Privilegiativi Regularium ipsi nunquam censentur per Constitutionem posteriorem sua libertate expoliati, quoties non constet de contrarietate, & inconciliabili compatibilitate legis sequentis cum antecedenti, totumque possibile fieri debet, ut Constitutio posterior cum Privilegiis concilietur ad evitandam derogationem, ex traditis per Pasquilleg. *decif. 329. num. 35.* aliosque, quos refert, & sequitur Passerin. *loco sup. citato n. 319. & 320.* & omnis generalibus, quod Ecclesiæ, Civitates, Castra, aliaque loca, quæ Pontificis auctoritate in alia nova loca, aut Diœceses transferuntur, sua Jura, Privilegia, & exemptiones retineant, pluribus adductis latè probat Tambur. *de jur. Abbat. disp. 5. q. 6. per tot. in tom. 3.*

8. Hæc si stricta Juris censura de plano procedunt inspecta sola parte concessiva Brevis Gregoriani, in qua Defensores Eminentissimi Cardinalis totam eorum vim reponerent, sine ulla poenitens difficultate locum obtinent considerata parte exceptuativa: Ad amputandam enim omnem dubitandi rationem, quod ob dictam generalem Ecclesiarum dismembrationem, & peculiarem Monasteriorum, & Regularium nominationem, ablata fuerit ab Abbate Far-

Farfensi Jurisdictione ordinaria ad ipsum tanquam illorum Superiorem Regularem competens providè subditum fuit—*Quod ex separatione, & dismembratione, applicatione, & appropriatione prædictis Monasterio Farfensi quoad superioritatem quam in Monasteriis, seu Prioratibus Regularibus ejusdem Ordinis habebat, nullum præjudicium inferretur, sed pro tempore existens Episcopus Firmanus eam tantum in illis haberet Jurisdictionem, quam ceteri Episcopi in similibus habere solebant.*—Quæ verba sive accipiuntur per modum limitationis antecedentis generalis concessionis, sive per modum illius declarationis, in utraque forma manifestum faciunt, mentem Pontificis Gregorii XIII. extitisse, ut Monasteria, non obstante sæpè dicta dismembratione, & respectiva applicatione, libera remanerent à Jurisdictione ordinaria Episcopi Firmani, in cujus Diocesi transferebantur, eorumque immediata subjectio quoad eandem jurisdictionem ordinariam intacta servaretur Abbati illorum superiori.

9 Cum itaque ultra Juris interpretationem excludentes in separationibus Monasteriorum de uno loco ad alterum derogationem eorumdem exemptionis à potestate ordinaria Episcopi, concurrat quoque expressa illius reservatio, cessant omnes discursus subnixi in generalitate verborum, quibus concepta est pars dispositiva dismembrationis, cum verba universalis dispositionis restringantur per alia limitativa, ac præservativa subsequenter apposita Bart. in *l. is qui ducenta §. Utrum, ff. de rebus dub. Jas. conf. 7. num. 4. lib. 1. Tiraquell. in l. si unquam in verbo revertatur num. 95. ff. de revocat. Donat. Rot. coram Merlin. decis. 319. num. 3. & decis. 76. num. 8. coram san. mem. Alexandro VIII. & in Bononien. Evictionis prima Martii 1697. §. Ex quibus coram me: Et declarantur ab aliis subsequenter specificæ, ac distincte loquentibus *l. quæstum §. Memoria, ff. de legat. 3. l. generali §. Unor num. 1. ff. de usufruct. legat. Rot. decis. 128. num. 16. par. 4. tom. 2. decis. 194. num. 94. par. 5. & decis. 295. num. 1. coram Bichio.**

Monacelli Form. Pars II.

10 Minus rectè propterea Defensores D. Cardinalis Archiepiscopi suadere fatagebant, Superioritatem reservatam Abbatibus non esse intelligendam de Superioritate Jurisdictionali, sed de ea dumtaxat, quæ concernit disciplinam, & instituta Regularia, quæ vel juxta juris antiqui dispositionem non carebant Superiores Regulares, tametsi jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum subderentur, ut loquendo de Monachi Divi Benedicti statuit Text. in *cap. fin. de stat. Monachor. & firmat Rot. decis. 15. n. 7. & 10. par. 1. recent.*

11 Talis quippe interpretatio evenitur tum quia verbum illud *Superioritas* veluti generale comprehendit etiam jurisdictionem, adeoque juxta suam indolem est generaliter intelligendum, alio desuper non concurrente, quod illud restringat *lib. 1. §. Generaliter, ff. de legat. præstan. Rota coram Ludovis. decis. 319. num. 3. coram Coccin. decis. 784. num. 6.* Tum quia in parte concessiva idem verbum *superioritas* adhibitum fuit ad significandam jurisdictionem; Undè in eodem sensu accipiendum est in parte declarativa, & exceptuativa *l. si servus plurium 53. §. final. ff. de legat. 1. Corn. conf. 290. num. 6. vers. Unde succedit vol. 4. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 108. Rota decis. 98. num. 19. par. 17. recent.* Tum demum, quia cum dicta præservatio apposita esset limitativè ad jurisdictionem ordinariam in parte concessiva Episcopo Firmano generaliter in omnes dd. Castrorum Ecclesias indultam, exceptio nonnisi de eadem jurisdictione interpretari debet, Fortius ponderando, quod in ipsamet parte exceptuativa per modum ejusdem declarationis, & intelligentiæ illæsa præservatur Episcopo illa jurisdictione, quæ in Ecclesiis Regularibus competere solebat Episcopis; sicuti igitur haud dubium est, quod hic nomine jurisdictionis Papa loquutus non est de superioritate respiciente eorum correctionem, quæ Episcopis nulatenus competit, sed de potestate Jurisdictionali, ita præcedens reservatio favore Abbatis nequit diverso modo intelligi, ac interpretari, cum exceptio sit de compræhensis in regula, & intelligatur, retentis terminis regulæ *l. 1. §. Sed*

H h ex-

excipiatur de fer. & dilat. Abbas conf. 567. n. 7. Calderin. conf. 5. de jur. jur. Rot. coram Bichio decif. 124. n. 29. & dec. 342. n. 2. & 3. part. 18. recent.

12. Procedendo ad ultimam partem responsi concedentem Eminentissimo Archiepiscopo Jus visitandi Ecclesias Regulares Curatas in iis, quæ concernunt Curam Animarum juxta disposita per S. Conc. Trid. ratio dubitandi ex eo orta quia eo pacto, quo Archiepiscopus ex generalitate partis concessivæ Brev. Greg. XIII. contendebat subjectas fuisse suæ Jurisdictioni ordinariæ Ecclesias Regulares quoad omnia; Ita versa vice Cardinalis Abbas fretus prægnantibus clausulis partis exceptuativæ acriter prætendebat non fuisse ad sui favorem tantum præservatam jurisdictionem ordinariam quæ sibi tamquam Superiori in monasteriis Regularium competeat, sed etiam plenariam, quam tanquam Diocesanus vigore Jurisdictionis quasi Episcopalis exercebat in exemptos curæ Animarum præpositos; sed eo pacto, quo pretensio Eminentissimi Archiepiscopi apparuit minus habens, ita insubsistens visa est hæc Altera Eminentissimi Abbatis.

13. Amplissimæ namque distinctioni Castrorum superius expositæ consentaneum est, ut ibi prius illorum Ecclesiæ Regulares positæ essent in Diocesi Abbatis Fartæ, post distinctionem haberi cæperint sitæ in Diocesi Firmana. Non adversante earumdem Ecclesiarum exemptione, quoniam ista efficit, ut non dicantur de Diocesi, non verò ut non sint in Diocesi cap. cum Episcopus, & ibi Franc. in 2. notabili, & Gemin. n. 3. de off. Ordin. in 6. Abb. in cap. Apostolica n. 13. de off. Ordin. in 6. & in c. Apostolica n. 3. de Donat. Ubald. de Canonic. Episcop. Paroch. cap. 4. qu. 6. n. 11. CoKier. de Jurisd. in exemptos part. 4. quæst. 55. Card. de Luca de jurif. n. 8. Rota coram Buratt. dec. 58. n. 14. & decif. 324. nu. 3. p. 1. & 98. num. 8. p. 13. & in Gerunden. Jurisd. 5. Martii 1692. §. Cujus natura e in fin. coram me.

14. Indeque sine ulteriori specifica concessione derivat favore Eminent. Archiepiscopi Jurisdictio visitandi Parochos, & Ecclesias Regulares curatas erectas ex

alterius Territorio, & positas in sua Diocesi tam ex dispositione Juris communis, quam Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi; Ex jure quidem communi quia etfi inter antiquos Canonistas vexata sit quæstio utrum Monachi de jure prohibeantur Curam Animarum exercere, & distinguendo Curam Ecclesiarum Sæcularium à Monasteriis sejunctarum à Cura incumbente ipsi Monasterio, ubi est congregatio Monachorum, omnes conveniant hanc secundam Curæ speciem de Jure committi non posse Monachis, sed Presbyteris Sæcularibus ab Episcopo per Concilium Monachorum instituendi ad Text. in c. in Ecclesiis in primo de Cappell. Monachor. ubi latè Abbas, & latissimè probat Fagnan. ibidem n. 10. cum seqq. quam sequitur Thomassin. de Benefic. lib. 3. c. 22. n. 3. §. ex his in fin. Solarzan. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 16. num. 35. tom. 2.

15. Solumque variaverint quoad primam Curæ speciem; Aliis contententibus posse Monachum Curæ Parochialis Sæcularis extra Conventum præfici sine ulla dispensatione; dummodo cum eo habitet saltem alter Monachus, per Text. in cap. Monachi de Stat. Monach. cap. quod Dei Timorem eodem. tit. ubi Abb. n. 7. vers. aut est curata, ubi testatur de communi opinione, & relatis aliis antiquioribus P. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 34. n. 6. Garz. de Benefic. par. 7. c. 10. n. 17. & huic Sententiæ se subscribere videtur P. Thomassin. de Benefic. part. 1. lib. 4. cap. 22. n. 3. §. Ex his.

16. Aliis è contra negantibus tale quid de Jure fieri posse, nisi dispensativè, & in casu necessitatis, & in defectum Clericorum Sæcularium per Text. in c. cum pro utilitate, &c. qui verè 16. & c. prisici dist. 55. & tenet Gloss. in d. c. quod Dei timorem verb. regimen de Stat. Monachor. & hanc opinionem discussio Articulo tenuit Rot. decif. 5. de jure par. & 28. de Præb. in novif. Bellamer. decif. 713. & 750. per tot. Covarr. in cap. 2. de Testam. num. 3. Navarr. conf. 10. de Regular. Garz. de Benefic. d. p. 7. c. 10. num. 20. Emanuel. Roder. in q. regul. tom. 1. q. 34. art. 5. Sanch. in Summ. tom. 2. l. 7. c. 29. & 30. cum aliis quos refert, & sequitur Solarzan. de jur. Indiar. l. 3. c. 16. num. 2. Et quoad dispensatio-

tionem aliqui authumaverint necessarium esse Apostolicam, juxta sensum Mandosii in tit. de dispens. Monachor. in princ. & aliorum, quos refert Garz. de Benef. n. 22. Alii vero sufficere illam Episcopi, ut ex c. Doctos caus. 16. q. 1. inquit Bellam. d. dec. 750. nu. 5. vers. Secunda Conclusio, Covarruv. in d. c. 2. de Testam. Garz. de Benef. par. 7. d. q. 16. n. 24. Rot. coram Verullo dec. 85. n. 2. p. 1. quam controversiam usque de anno 1581. sustulerit fan. mem. Gregorius XIII. expressè declarando, Regulares præfici non posse Curæ Animarum in Ecclesiis Sæcularibus Parochialibus, etiam cum licentia suorum Superiorum absque dispensatione Apostolica, solum instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ concedenda, ut notat Fagnan. in dict. c. quod Dei timorem not. 16. & 17. Tomassin. loco mox cit. n. 9. §. Anno vero.

17. Concorstamen, & undique pacificus fuit, & est Canonistarum, sensus, quod semel, ac Ecclesiæ Monasteriorum habeant annexam Curam Parochialem Animarum, & Regularibus committitur eadem Cura Monasteriis incumbens, vel hæc ab eisdem exerceatur in aliis Ecclesiis Parochialibus Sæcularibus, sive à Monasteriis dependentibus, sive independentibus, semper in iis, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem de jure communi subiaciunt jurisdictioni ordinariae Episcoporum, in quorum Diocesis sita sunt talia Monasteria, vel Ecclesiæ Parochiales, non suffragante quacumque exemptione eisdem concessa, quia ista exemptio secundum Sacros Canones, & juxta mentem ipsorum Pontificum eximentium, non comprehendit Curam Animarum, nec Presbyterum illam regentem, neque Populum, cui Sacramenta administrantur, ut declaravit Bonifacius VII. in c. per exemptionem 9. Privileg. in 6. & antea etiam dictum fuerat in cap. 1. vers. qui ratione Plebium de verbor. signific. in 6. cap. cum, & plantare 3. §. in Ecclesiis cap. cum Cappella 16. de Privileg. cap. cum satis 4. de offic. Archidiacon. cap. 1. de Cappellis Monach. Fusc. de Visti. lib. 2. cap. 8. num. 6. & eodem lib. c. 20. num. 10. Marant. tom. 4. respons. 21. num. 61. & 67.

Francisc. de Eccles. Cathed. cap. 30. num. 163.

18. Non enim implicat, quod Regularis in iis quæ respiciunt Instituta sui Ordinis, & Monasticam disciplinam subiectus sit suis Superioribus Regularibus, & quoad Curam Animarum Personarum Sæcularium, quam administrat, Subditus sit Episcopo, quia eadem Persona diverso jure ceteri potest, ubi duplicem gerit personam, sicque compatiuntur ista duo, quod aliquis certò respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subiectus, ut expressè dicitur in d. c. cum Cappella 16. de Privileg. ubi Barbof. n. 1. & Fagnan. n. 14. & ipsemet in c. quoniam de Privileg. à num. 5. cum seqq. Abb. in c. per exemptionem 9. de Privileg. in 6. n. 1. Gratian. discept. 298. n. 49. & in termini Rot. decis. 1508. nu. 4. 5. & 6. coram Seraphin. & in decis. 391. n. 5. par. 13.

19. Neque Sac. Concilium Tridentinum in hac parte Juris communis dispositionem immutavit, sed imò & confirmationis robur adjecit, Supponens namque Regulares exercere posse Curam Animarum eorum Ecclesiis incumbentem, vel stante, quod dicta decretalis in Ecclesiis de Cappellis Monachorum abierat in desuetudinem, vel potius attentis peculiaribus Regularium privilegiis, ut advertunt Fagnan. in eodem cap. in Ecclesiis in princ. §. Nota primo P. Thomassin. de benef. dict. p. 1. lib. 2. c. 12. §. 10. statuit in c. 11. sess. 35. de regular. quod in Monasteriis, seu Domibus, quibus imminet Cura Personarum sæcularium, Parochi tam Regulares, quam Sæculares Curam hujusmodi exercentes subsint immediatè jurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi Diocesani in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, & tradunt communiter Doctores, & signanter Barb. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 84. num. 18. & de jure Eccles. lib. 1. c. 14. n. 24. & c. 43. à n. 134. ad n. 145. Fagnan. in cap. nullus de Parochiis à nu. 38. ad num. 43. in cap. grave de offic. Ordin. num. 14. 15. 16. & 64. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. n. 45. & 52. Cappon. discept. foren. tom. 1. discept. 2. n. 63. Rota decis. 1058. & 1067. coram Se-

vaphin. dec. 391. num. 2. usque ad 7. par. 13. & in Toletana jurisdictionis 10. Januarii 1689. §. Secundo loco coram Me impress. post primum discurs. Card. de Luca de jurisd. juxta Venetam impressionem, & in Casarugustana jurisdictionis 8. Februar. 1692. §. Motivum coram bon. mem. Emerix Decano.

20. Hancque jurisdictionem, visitationem, & correctionem in vim d. cap. 11. sess. 25. non exercet Episcopus auctoritate delegata, sed Ordinaria, eo modo, quo illam de jure communi Sacrorum Canonum, & ante Sac. Concilii promulgationem exercebat in Monasteriis, in quibus erat annexa Cura Animarum, & quoad Regulares illam gerentes, non obstantibus quibuscumque exemptionibus, ut supra probatum est in §. Concors tamen. Tum quia Sac. Concilium inibi non statuit Parochos Regulares subesse jurisdictioni delegatæ Episcopi, prout quando tale quid præcipere voluit, expressit, ut signanter videre est in cap. 3. sess. 6. c. 8. sess. 7. cap. 4. sess. 14. cap. 8. sess. 21. cap. 9. sess. 24. Imò illos quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem submitit immediatæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diocesi sita sunt, quod verbum immediatè non congruit jurisdictioni delegatæ, sed ordinariæ: Delegata namque non exercetur immediatè ex propria potestate, & imperio, sed mediante peculiari facultate ab habente potestatem attributa l. 3. ff. de offic. ejus, & ibi Dec. num. 4. Guglielm. Durand. in speculo lib. 1. part. 1. de jurisd. omn. Jud. §. 1. vers. delegata est, Boer. decis. 151. n. 5. Saran. de adjunct. quæst. 32. n. 2.

21. Tum etiam quia receptissima est inter Doctores distinctio, quod quando in aliquo particulari casu aliquid committitur Ordinario super eo, quod alias sibi de jure communi competebat, potestate Ordinaria, per talem commissionem censetur excitata jurisdictio Ordinaria, & non tributa jurisdictio delegata: Quando verò non simpliciter, sed addita aliqua clausula, videlicet Potestate Apostolica, auctoritate nostra, aut tamquam Delegatus, & similibus clausulis significantibus commissionem delegatam, &

tunc superior censetur jurisdictionem Ordinariam inferioris Ordinarii mutare in delegatam ad Textus expressos in cap. licet in corrigendis de offic. Ordin. & in cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & ibi Glossa in efformatione casus vers. nota secundo, Dec. conf. 404. nu. 3. Marant. in speculo par. 4. dist. 5. nu. 75. Sperell. decis. 31. n. 9. CoKier. de jurisd. ordin. in exemptos 2. part. quæst. 14. Ricc. par. 2. collect. 413. Scacc. de appellat. nu. 86. extensione 2. per tot. & à num. 87. cum seqq. Barbof. in collect. ad d. cap. licet num. 2. & plenissime de offic. & potest. Episcopi alleg. 92. num. 2. & 9. §. Ad tertium, Gonzalez in dicto cap. licet nu. 3. Fagnan. in cap. quoniam num. 7. & 8. de offic. Delegat. Ideoque cum ex supra latè deductis ante Concilium Tridentinum etiam stantibus exemptionibus Regularium ad Episcopos de jure communi spectabat jus visitandi Ecclesias regulares in quibus exercebatur Cura Animarum, & personas exemptas illam administrantes, concludendum est, quod idem Sac. Concilium non commiserit Episcopis potestatem hanc visitandi jure delegato, & auctoritate Apostolica, dum id non expressit, sed Jurisdictione Ordinaria, illam per novam legem favore Episcoporum renovando, & excitando, & omisis generalibus in specie cap. 11. sess. 25. de reformat. tradit. de mente Sac. Congregationis Concilii Tridentini Fagnan. inc. cum dilectus de Religiof. domibus à n. 41. ad 45. & in cap. nullus num. 38. & 47. in fin. de Paroch. & in cap. grave de offic. Ord. num. 37. Licet verum sit, quod si Regulares non exercent Curam Personarum sæcularium in suis Monasteriis, sed solum Sacramenta ministrant eisdem sæcularibus, & in illis ministrandis delinquant, tunc subint Jurisdictioni Episcopi Diocesani tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ut ampliando dict. cap. 11. sess. 25. de Regularibus disposuit Gregor. XV. in Bulla incipien. Inscrutabili 18. in ordine tom. 3. Bullarii, & explicat Fagnan. in cap. grave de offic. Ordin. num. 37. & in cap. quanto eodem tit. num. 37. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 55. 57. & 58. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disput. 15. quæst. 11. num. 46. Barbofa de jur. Eccles. lib. 1. cap. 43. num. 135. idem Barbofa

in Concil. Triad. sess. 25. de regul. cap. 11. n. 19.

22. Posito ex hæcenus deductis, quod in sequelam dismembrationis Castrorum, de quibus agitur, ab Abbacia Fartensi, illorumque translationis in Diocesim Firmanam, tam ex censura juris communis, quam ex Decretis Sac. Concilii Tridentini Ecclesiæ Curatæ Regulares, eorumque Parochi subditi fuerint immediatæ Jurisdictioni Episcopi Firmani in concernentibus Animarum Curam, cessat ratio dubitandi orta ex verbis generalibus, & prægnantibus, quibus reservata fuit favore Abbatis, superioritas in Monasterium, & Monachos ibi: *Quoad superioritatem nullum inferatur præjudicium.*

23. Nam sicuti ex generali separatione Monasteriorum, & Ecclesiarum existentium in dictis Castris non præsumitur de Jure Pontificem voluisse subicere Monasteria, & Monachos Jurisdictioni Episcopi Firmani, à qua jure privilegiativo sunt exempti, cessante ejus expressa renunciatione, ut latè supra probatum est, ita nec sub generali præservativa jurium, Privilegiorum, & exemptionum eorundem Monasteriorum censeri potest compræhensum illum jus, quod non obstante exemptione, Juris communis dispositio, ac Sac. Concil. Trident. illæsum, & intactum reservavit Episcopis, in cujus Territorio sita sunt Monasteria, non concurrente expressa derogatione. Qua ratione igitur ad salvandam libertatem Monasteriorum à Jurisdictione Episcoporum Diocesana, & jurisdictionali dictum fuit restringendam esse amplitudinem partis concessivæ dismembrationis, juxta formam privilegiorum, & libertatum Regularium: Eodem modo certè concilianda est pars exceptuativa, quantumvis generalis, ut scilicet exceptuet ea tantum, ad quæ porriguntur Privilegia exemptionum, & non ultra, itaut non habeat etiam compræhendere jurisdictionem in exemptos quoad ea, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, ad effugiendam Juris derogationem, quæ quantum possibile est, vitari debet, potissimè quando esset juris Con-

Monacelli Form. Pars II

ciliaris, quod debet expressè derogari ad *Text. in c. nonnulli 28. de rescript. & cap. eam te 4. de etate, & qualitat. & cap. ex par. 3. & final. de Cappel. Monachor. Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 18. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 26. n. 7. Barbof. de offic. Episc. alleg. 33. n. 24. Rota dec. 122. & 123. par. 1. divers. & dec. 279. n. 6. coram Coccin. & decis. 214. n. 2. part. 2. & dec. 302. n. 12. & 13. par. 9.*

24. Eo magis ponderando, quod in parte concessiva inter alias Ecclesias dismembratas nominatim recensentur Monasteria, & Ecclesiæ Conventuales, ac Personæ Regulares, hinc si successivè in parte exceptuativa fuissent eadem loca, & personæ penitus, & in omnibus exceptuata, pars concessiva remaneret superflua, & de vento; insurgeretque in eadem dispositione inconciliabilis contrarietas, quin ea salvari possit à natura exceptionis, quoniam ejus indoles est restringendi regulam, & dispositionem, vel absolute, vel in certis particularibus casibus, & circumstantiis, non tamen revocandi totum id, quod antea reperiebatur nominatim dispositum, nam alias non esset exceptio, sed revocatio non limitatio, sed destructio concessionis, vel dispositionis, ex ponderatis per Coccin. *decis. 462. num. 2.* & optime in casu simillimo respondit nuper hoc Sacrum Tribunal in *Romana, seu Balneoregion. fideicommissi 8. Martii præteriti, §. Non obstante cor. R. P. D. Muto: Ad repellendas propterea hujusmodi repugnantias, concludendum est exceptuacionem compræhendere totum id, quod secum fuerunt Privilegia generalia exemptionum Ordinis Monastici, & non etiam jura reservata Episcopis in personas, & loca exempta capiendo, ut fieri debeat, eam interpretationem, per quam repellitur absurdum, & superfluitas Rot. dec. 404. n. 11. part. 19. & punctualiter in terminis similis dismembrationis Rot. dec. 7. n. 15. par. 18. rec.*

25. Certius quia exceptuata superioritas dignoscitur expressè restricta ad eam, quam Abbas uti Superior Regularis in Monachos, & Monasterium obtinebat, translata litteris claris in Episcopum Firmanum ea Jurisdictione, quam in Ecclesiis Regularibus Diocæsani ha-

Hh 3 be-

here solebant, ibi -- *Sed pro tempore existens Episcopus eam tantum haberet jurisdictionem, quam ceteri Episcopi in similibus habere solebant.* Cum ergo jurisdictione in Ecclesiis, & Personis exemptis fruuntur Episcopi sit ordinaria, quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, & delegata in pluribus aliis casibus expressis in Sacro Concilio Tridentino, & signanter in sessionibus supracitatis, §. *Hancque jurisdictionem*, nil clarius, quod hujusmodi jurisdictione non fuerit reservata favore Abbatis, sed ad formam juris communis, & Sac. Concilii favore Episcoporum, adeo ut cum in presenti adsint verba adeo clarè in hac parte explicantia mentem Pontificis, frustra recurritur ad conjecturas, & interpretationes, ad Text. in l. *ille, aut ille*, ff. de legat. 3. cum concordantibus plenè relatis in *Hispalen. Visitationis* 30. Aprilis proxime præteriti, §. *Domini tamen*.

Huic litterali, obviæ, ac genuinæ Brevis Gregoriana intelligentiæ, non advertantur documenta, & actus illud subsequentes; Non obstant inquam Bullæ fan. mem. Urbani VIII. sæcularizationis Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ, illiusque erectionis in Collegiatam, quatenus in eisdem dicta Ecclesia, ejusque Canonici, Sacristani, Clerici, aliique inservientes eum eorum rebus, bonis, juribus, & pertinentiis universis subjecti, ac suppositi fuerint Visitationi, Correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Abbatis cum eademmet potestate, quæ competit locorum Ordinariis.

26. Per hæc namque Bullas non intellexit, nec voluit memoratus Pontifex destruendo, ac revocando totum id, quod à Providentia Gregorii XIII. Antecessoris processerat novam ab Ecclesia Firmiana facere dismembrationem dictæ Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ, eamque iterum reponere in Diocesi Abbatis Farfensis, ubi antea sita erat, sive quia de hac nova dismembratione nullum legitur verbum, undè incurrant juris propositiones supra firmatæ, quod Constitutio posterior nunquam censetur revocare antecedentem, nisi expressè dicatur, & com-

probata Rota decis. 159. num. 16. cum seqq. coram Carill. Præsertim in hac materia dismembrationis, quæ utpotè odiosa non præsumitur; sed venit concludenter probanda, ad Text. in *extravaganti ad Apostolum* 2. *Concess. Præbend.* & in cap. *Quia Monasteriorum de Relig. Domibus*, cum aliis per Rot. decis. 14. num. 8. & decis. 92. num. 45. coram Duran. sive quia de eadem dismembratione sit mentio in ipsis Bullis, absque ullo verbo denotante illis revocationem; ibi -- *Et quod sicut accepimus Sanctæ Victoriæ, & Sancti Pauli de Furcis, & Sancti Laurentii de Rotella Terrarum, seu Locorum Montis Alti Diocesis Prioratus hujusmodi, qui à dicto Monasterio Sancti Salvatoris, ut præfertur, dependentes, & Monasterii hujusmodi, etiam postquam Oppidum, ac Terræ, seu Loca hujusmodi Jurisdictione Abbatis, seu Commendatarii ipsius Monasterii Sancti Salvatoris Apostolica auctoritate dismembrata, seu exempta subjacebant, & de presenti subjacent.* Quæ sanè verba nedum non important revocationem dismembrationis, sed imò illam supponunt existentem, & in posterum duraturam; eo pacto, quo Pontifici expofita fuerat, ut de se patet.

27. Ex hoc autem indubitato facto succedit in jure, quod controversiæ Bullæ Urbanæ non revocantes, sed imò præsuppositivè confirmantes antecedentem Gregorianam, debeant ad hujusce limites intelligi, & interpretari, ex relatis per Rot. decis. 211. num. 5. & seqq. part. 6. & dec. 427. num. 29. part. 9. recent. Idèdque cum ex supra deductis Gregorius XIII. in dicta Bulla dismembrationis præservaverit Abbati Farfensi in Monasteria, & Monachos illam tantum Superioritatem, & jurisdictionem, quæ Privilegia exemptionum tribuunt Superioribus Regularibus, illas subiciendo Episcopis Firmanis in iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, dicendum est, quod sæcularizato Monasterio Sanctæ Victoriæ, eadem Jurisdictio, quæ competeat Abbati tanquam Superiori Regulari, fuerit eidem concessa in Ecclesiam sæcularizatam; ac Collegiatam, &

Canonicos noviter institutos, cum eadem tamen præsertione immediatæ Jurisdictionis Ordinariæ favore Episcopi quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem; Non repugnantibus generalibus verbis, quibus concepta est potestas tributa Abbati in Collegiatam, quia cum Breve Gregorianum dismembrationis servatum sit illæsum, quæcumque ea sit generalitas, restringi debet juxta subjectam materiam intra spheram Jurisdictionis Ordinariæ, quam Abbates tamquam inferiores Prælati intra Claustra Monasterii exercere possunt, ut ex prædicta, aliisque rationibus ita in specie hæc Bullas Gregorii XIII. & Urbani VIII. ad concordiam reduxit clar. mem. Card. de Luca *de jurisdic. disc. 14. per tot.*

28. Eoque magis amplexa fuit dicta interpretatio, quia nullum in Bullis Urbani legitur verbum præferens subtractionem Populi Sanctæ Victoris à Jurisdictione Episcopi Firmani, sed potestas omnis collata in Abbatem versatur circa ambitum Ecclesiæ Collegiatæ, Canonicos, & inservientes, quæ non infert Jurisdictionem in Parochiam, & Populum, ad Text. in dicto cap. *Per exemptionem de Privileg. in 6. & ibi Gloss. Fagnan. in cap. Cum Cappella nu. 16. de privil. Pignatell. consult. 8. n. 7. Rot. dec. 233. n. 30. par. 10. & dec. 181. num. 11. coram Carill. & in Gerunden. jurisdictionis super bono jure 8. Junii 1692. §. Nec concessionem coram me.*

29. Sed quatenus juxta sensum oppositum amplitudo, ac generalitas verborum, & clausurarum, quibus concessa fuit Abbati Farfensi Jurisdictio in Ecclesiam Collegiatam non pateretur limitationem circa Jurisdictionem ordinariam de jure competentem Archiepiscopo Firmano in iis, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, adhuc Domini ponderarunt præsentem Jurisdictionis amplitudinem eatenus fuisse à Papa Urbano concessam, quatenus eidem suppositum fuerat eandem potestatis plenitudinem præservatam fuisse Abbati in Monasterium, & Monachos in Breve dismembrationis Gregorii XIII. ut patet ex ver-

bis, ibi: *Et quod sicut accepimus*, quod suppositum cum ex supra probatis sit penitus erroneum, vel perneceffe corruiere debet tota dispositio super illo fundata, *Gemin. conf. 96. num. 9. Roman. consil. 180. num. 7. Rot. dec. 32. num. 11. part. 6. & decis. 261. num. 9. part. 7. & decis. 412. num. 2. & 6. part. 12. Buratt. decis. 510. num. 7. vel saltem venit restringenda juxta mentem concedentis, quæ non fuit indulgendi Abbati plus Juris illo, quod ad ipsum super eadem Ecclesia spectabat de tempore, quo erat Regularis, etiam post dismembrationem, per ea, quæ notat Rot. decis. 159. n. 17. coram Carill. & in specie Cardin. de Luca dicto disc. 14. n. 5.*

30. Observantia aut Brevis Gregoriano subsæcuta mirifice comprobat illius intellectum à Rota tributum. Doctum quippe fuit ab Eminentissimo Archiepiscopo, quod ejus Antecessores plures fecerint Visitationes dictæ Ecclesiæ Sanctæ Victoris de Annis nempe 1583. 1588. 1592. 1593. 1607. 1624. & 1627. Rursus de interventu in ejus Synodis Diocesani Prioris, & Parochorum Curam Animarum exercentium, de pluribus approbationibus Parochorum Regularium, & Monachorum pro audiendis Confessionibus Laicorum, Dispensationibus, & licentiis Matrimonialibus, qui actus plenè explicant, & declarant revera fuisse per Breve dictæ dismembrationis concessum Episcopo Firmano eam omnem Jurisdictionem, quæ ex Juris, & Concilii dispositione pertinet ad Episcopos in Ecclesiis, & Personis exemptis, ex firmatis per Rot. decis. 493. n. 4. part. 13. & decis. 48. nu. 9. & 10. coram Bichio, & dec. 679. n. 9. coram Buratto, & in Capuana, seu Montis Cassini. Parochialium 10. Martii 1679. §. Tale autem coram bon. mem. Bourlemont.

31. Nec prædicta destruuntur, ut ofuscantur ex præsentis Actibus Jurisdictionalibus per Abbates Farfenses gestis post eandem dismembrationem; nam Domini dividentes tempora, observarunt, quod ab alio dismembrationis factæ à Gregorio XIII. usque ad alterum Bullæ Urbani VIII. actus expleti ab Abbate sunt pauci in concernentibus Curam

Animarum, & Sacramentorum administrationem comparativè ad eos, quos pacificè gesserunt Archiepiscopi; Imò illud peculiariter observatum fuit, quod in unica Synodo Farfensi intra hoc tempus convocata, neque ullus legitur descriptus Parochus Regularis; Hujusmodi propterea observantia, uti proxima dismembrationi venit principaliter attendenda Soccin. *conf. 6. num. 6. lib. 1. Rota coram Seraph. dec. 1410. n. 7. coram Buratt. dec. 647. n. 10. & dec. 396. num. 26. coram Bichio.*

32. Alii actus gestis post Bullam Urbanam quamvis sint in majori numero, verisimiliter tamen processerunt sub falso supposito, quod scilicet idem Pontifex Ecclesias Regulares jam separatas à Jurisdictione Abbatis occasione sæcularizationis illas eidem iterum univerit, quod suppositum cum sit omnino insubsistens, corrui totum id, quod in ejus sequelam observatum fuit *l. si cum te, ff. de pact. & l. final. ff. de constit. pecun. Rota dec. 10. de Præbend. in antiq. n. 3. & dec. 159. n. 20. coram Carillo.*

33. Præterea ad eisdem actus gestos post Bullam Urbani VIII. & ab Eminentissimo Abbate adductos pro justificanda observantia, generaliter responsum fuit non esse attendendos, quia, vel dederunt causam liti, de qua supra num. 4. & 5. vel facti fuerunt pendente lite, aut vigore concordie vitalitæ inita inter Cardinalem Franciscum Barberinum Abbatem, & Archiepiscopum Cardinalem Gualterium; Vel illos non esse incompatibiles cum gestis ab Archiepiscopis Firmanis pro tempore, prout sunt Visitationes, quæ etiam in concernentibus Curam Animarum fieri possunt cumulativè ab Episcopo, & à Prælato inferiori juxta communem Canonistarum opinionem, de qua Fagnan. *in cap. Ut Privilegia de Privil. num. 44. & in cap. Quanto nu. 31. de Offic. Ord. cum pluribus aliis deductis in decis. 336. nu. 1. cum seqq. coram Poenta, & firmiter discussio Articulo in Toletana Jurisdictionis 10. Januar. 1689. §. Secundo loco cum pluribus seqq. coram me, impressa post Card. de Luc. disc. 1. de jurisdic. juxta Venetam impressionem.* Vel tandem non esse habendos in consideratione in concursu tot aliorum actu-

um expletorum ab Archiepiscopis sufful-tis Juris assistentia latè superius asserta, ut plenè respondit Rot. *in Leodien. Jurisdictionis 11. April. 1698. §. 2. coram Me.*

34. Descendendo post hæc Domini ad examen Ecclesiarum contentarum in Bulla Gregorii XIII. procedentes cum regula generali statuente, quod juxta Juris communis præsumptionem omnes Ecclesiæ censentur Seculares, & non Regulares, ad Text. *in cap. Cum Beneficio il. 5. de Præbend. in 6. ubi Barbof. sub num. 14. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 6. num. 11. & 12. Gonzalez. ad regul. 8. Cancel. gloss. 7. nu. 1. & 2. Corrad. in praxi Benefic. lib. 1. cap. 6. nu. 322. Rot. decis. 68. num. 1. & 2. coram Mantic. & decis. 433. nu. 18. coram Bich. & in Toletana Jurisdictionis super excessibus 16. Januarii 1686. §. Quibus sic positus coram bon. mem. Ursino, & in eadem Causa super pertinentia Ecclesiarum 6. Junii 1689. §. His stantibus coram Me, impressis post primum disc. de Jurisd. Card. de Luca secundum Venetam impressionem, dixerunt, quod cum usque modo non fuerit per Cardinalem Abbatem probata regularitas, nisi quoad duas Ecclesias tantum, illam nempe Sanctæ Victoriæ, & alteram Monasterii Sanctæ Catherinæ; Consequens est, ut in omnibus aliis, quas non constat fuisse Regulares de tempore dismembrationis, posse Eminentissimum Archiepiscopum exercere Jurisdictionem ordinariam quoad omnia; In dictis verò duabus proculdubio Regularibus in iis tantum, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum Administrationem.*

35. Parum refragante, quod nonnullæ Ecclesiæ prætendantur dependentes ab Ecclesia S. Victoriæ, quia ultra quod nullo modo in præsentis constat de hujusmodi dependentia, illud removet omnem difficultatem quod de Jure simplex dependentia unius Ecclesiæ ab altera exempta non facit pariter illam exemptam, nisi expressè dicatur, ad Text. *in cap. Ex ore, & ibi Gloss. de Privil. ubi exempta Ecclesia, non censentur exemptæ Cappellæ, ex quo inferunt comuniter Doctores, quod exempto capite, non præsumuntur exempta membra, & citatis concordantibus tradunt CoKier. de Jur.*

ordin. in exemptos p.1. q.13. n.2. & 3. & p. 2. q.45. n.70. Fusc. de Visit. lib.2. c.16. n.2. & seqq. & n.15. Barbol. in Pastor. p.13. alleg. 75. num.29. & de Univ. Jur. Eccle. lib.2. cap.8. num.23. Non turbante, quod de annexis idem sit iudicium, quia hæc regula non procedit in Privilegiis, illique præsertim exemptionum, quæ sunt stricti Juris, neque trahenda de loco ad locum, ut prosequitur CoKier. in d. cap. 13. n.3. & latè etiam in specie exornat Frances de Eccles. Cathed. cap.16. n. 146. 147. & 148. & in cap.30. num.152. & 154.

36 Cæterum subdebant Domini, quod ubi etiam dictæ Ecclesiæ probarentur exemptæ, adhuc Eminentissimus Abbas evitare nequit, quin Episcopus illas visitet quoad omnia, Jurisdictione delegata; Cum enim in eis non vigeat Regularis observantia, sed omnes deferviantur à Presbyteris Sæcularibus, intrat dispositio Sac. Concilii Tridentini in sess.7. cap.8. de Reform. statuentis Ecclesias Sæculares exemptas, five Curatas, five non, visitari posse ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, & plenè tradunt Barbol. ibi n.2. & de jure Eccle. lib.1. cap.14. num.19. de offic. & potest. Episc. par.3. alleg.74. num. 11. Fagnan. in cap. Grave de offic. Ordin. num.11. & in cap. Cum dilectus de Religios. Domib. n.41. & n.43. ad 46. Pignat. tom. 2. Consulti. cons.26. num.28. & n.36. 37. & 38. Rot. dec.207. n.1. & 4. par.2. divers. & dec.396. num.1. & 2. par.1. & dec.493. n.1. & 5. & dec.501. num.2. par.2. recent. Roxas dec.218. & decis.10. num.26. & 27. par.13. Otthobon. dec.82. num.11. & 16. Merlin. dec.101. num.7. & in Vicen. Jurisdictionis 28. Aprilis, & 16. Junii 1688. cor. bon. mem. Emerix. Et quidem non solum quoad Curam Animarum tantum, si essent Parochiales, sed quoad omnia ad differentiam Ecclesiarum Regularium quibus imminet Cura Animarum, quæ non nisi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum Administrationem visitari possunt ex d. cap.11. sess.25. de Regular. ut tradit assignando rationem discriminis Fagnan. in d. cap. Cum dilectus de Relig. Domib. num.41. in fin. & à num.43. & 46.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Barchinonen. Beneficii.
Lunæ 20. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Patronus Laicus, qui præsentavit non idoneum contra legem foundationis, non cadit à jure suo, si legem foundationis probabiliter ignoravit, vel intra terminum datum à jure ad præsentandum alium idoneum præsentavit.

SUMMARIUM.

- 1 Quasi possessio juris patronatus acquiritur ex multiplicitate præsentationum.
- 2 Patronus probabiliter ignorans qualitates foundationis non cadit à jure suo si non præsentavit idoneum.
- 3 Ignorantia dummodò non sit crassa, & supina excusat à contemptu, & à pœna.
- 4 Observantia præsumitur quod si uniformis voluntati Testatori.
- 5 Patronus qui præsentavit non idoneum potest intra terminum datum ad præsentandum à prima præsentatione recedere, & idoneum præsentare, & num.6.

DECISIO XLI.

AD Beneficium simplex sub invocatione S. Jacobi de Jurepatronatus laicali Franciscus Junyent qui tanquam verus, & unicus Patronus reperiebatur in quasi possessione præsentandi, nominavit Raymundum Filium Clericum primæ Tonsuræ; sed in actu, quo fuerunt per istum expedita consueta edicta, se opposuit Capitulum Cathedralis Barchinonæ, sub prætextu, quod ad ipsum jure hæreditario delatum fuisset jus præsentandi; Undè ad ejus instantiam exhibito in actis transfumpto cujusdam testamenti conditi de anno 1268. per quendam Jacobum Sebastianum, compertum fuit, quod juxta leges à fundatore præscriptas, non

non poterat præsentati ad controversum Beneficium, nisi unus Sacerdos, qui perpetuo celebraret pro anima sua, & omnium suorum Parentum. Et quamvis ex hoc transumpto non aliunde verificato, non apparet usque adhuc concludenter probata voluntas Fundatoris, Franciscus tamen illi obsequendo, non expirato adhuc quatrimestri dato ad præsentandum, recedendo à prima præsentatione, devenit ad aliam nominationem in personam Josephi Villæ Sacerdotis, cui cum Ordinarius denegasset institutionem, jure devoluto, contulit Beneficium ad favorem Didaci cum subsequuta etiam illius possessione, quæ fuit per Signaturam circumscripta; Quocirca delata mihi causa in gradu appellationis hodie proposui dubium: *An, & cui esset adjudicandum Beneficium, quod favore Josephi fuit resolutum.*

1 Ratio resolutionis in eo stetit, quod cum Franciscus existeret in quasi possessione præsentandi, & ex multiplicatis præsentationibus per ipsum expletis reputaretur verus, & unicus Patronus controversi Beneficii, quoties intra tempus datum ad præsentandum, ad illud nominavit personam habilem, & idoneam, qualis erat Josephus, debebat illius præsentatio per Ordinarium admitti, ad *Text. in cap. de Jurepatr.*

Nec ex præsentatione primo loco facta in personam Raymundi simplicis Clerici ob violatam legem Fundatoris requirentis actualem Sacerdotem, dici potest, Franciscum pro hac vice cecidisse à jure præsentandi, & consequenter potuerit Ordinarius Beneficium conferre jure devoluto.

2 Nam hoc objectum, super quo toti erant Scribentes pro Didaco, facili negotio submoveri visum est ex eo, quod Franciscus non desumebat jus præsentandi à transumpto testamenti nuper exhibito; Ipse enim per præsentationes plures expletas jam reperiatur in quasi possessione præsentandi, & cum per antea vidisset ad hoc Beneficium modo fuisse præsentatos simplices Clericos, modo vero actuales Sacerdotes, quatenus etiam testamentum fuisset in forma probanti, potuit tamen verisimiliter ignorare qualitates in illo præscriptas, &

quia agitur de testamento non existente penes acta alicujus publici Notarii, sed solum in privato Archivio Capituli, & quod magis est, condito ante quatuor sæcula, & ultra illius ignorantia in tanto temporis defluxu, eo magis redditur certa, & probabilis; Unde ex hoc solo capite cessare videtur prætenfa devolutio, quia ista non intrat ubi Patronus rationabiliter ignoravit qualitates à Fundatore requisitas, ad *Text. in cap. si electio de elect. in 6. cum aliis relatis per Fagnan. in cap. cum nos num. 27. cum seqq. de Offic. Ordin. Passerin. de elect. cap. 29. de elect. dignit. num. 78. Rochus de Curte de Jurepatr. verb. his num. 16. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 72. sub num. 103. & Rota in Eugubina Canoniciatus 10. Martii 1690. §. Ratio resolutionis coram clar. mem. Card. Caccia.*

3 Et tanto magis cessare visa est prætenfa devolutio, quia totum illius fundamentum residet in abusu, & contemptu præcepti Fundatoris; Iste autem abusus, & contemptus considerari non potest in Patrono, qui non solum ignorabat leges foundationis, sed totum oppositum servatum viderat per suos Antecessores in antea actis vacationibus, nam ad illorum nominationem fuerunt pluries præsentati, & etiam per Ordinarios instituti simplices Clerici, ut videre est in præsentationibus factis de annis 1384. 1499. 1434. 1539. & 1597. & 1633. & datis in *Summ. Josephi num. 6.* Hæc autem observantia, quæ fuit etiam continuata usque ad hæc moderna tempora excusare debet Franciscum ab illa ignorantia crassa, & supina, quæ requiritur ad inducendum contemptum voluntatis Fundatoris, & pœnam devolutionis ad *Text. in cap. commissæ de elect. in 6. Rot. cor. Mohedan. decis. ult. de transact. & rec. decis. 208. sub n. 3. p. 2. & apud Vivian. de Jurepatr. dec. 139. n. 23. cum plurib. seqq.*

4 Et ex his quoque cessare videtur illa necessitas perquirendi leges Fundatoris, nam quando Franciscus vidit non unica vice, sed pluries ab Ordinariis institutos, & admissos simplices Clericos, ex istorum facto non solum remanet excusatus, sed potius credere debuit, quod talis fuisset ab ini-

initio lex Fundatoris, quia cum isti ratione proprii muneris, soleant esse diligentissimi in perquirenda qualitate Beneficiorum, si fuerunt per ipsos admissi simplices Clerici de tempore magis proximo confessioni ipsius testamenti præsumendum est, quod ex observantia perantea, & successive continuata talis fuerit lex præsentandi, ut tradit Rot. cor. Gregor. dec. 466. in fin. & post Vivian. de iurepatr. decis. 16. num. 10. cum seqq. & in rec. dec. 290. n. 20. & dec. 302. num. 7. cum seqq. par. 18. & in Burgi S. Sepulchri jurispatr. 11. Decembris 1690. §. Atque, coram bon. mem. Beuincasa, & 6. Martii 1693. §. Prædictaque cor. Reverendiss. Zamoren.

5. Et eo libentius DD. inclinarunt in hanc sententiam, quia statim ac fuit exhibitum Testamentum, licet illud non fuisset observatum, & consequenter Franciscus non teneretur illi debitam fidem præstare, recedendo tamen à nominatione præcedenter facta in personam simplicis Clerici, non elapso adhuc quadrimestri, fecit aliam nominationem in personam Sacerdotis, quod manifestè convincit, ipsum noluisse contemnere præceptum Testatoris, & propterea si ipse non fuit contumax, & durante adhuc termino quatuor mensium, voluit corrigere suum errorem, faciendo præsentationem, juxta legem foundationis, debet illius nominatio omni jure subfineri per Text. in cap. cum vos de offic. & potest. Ordin. ibique gloss. verb. minus idonei, & Fagnan. num. 48. & eadem gloss. in cap. fin. verb. ex vi de iurepatr. circa finem ibi -- Propter hoc non puniuntur, quia correxerunt factum suum præsentando, prout debeant, & admittit etiam Tondut. in contrarium allegat. resol. benef. 9. 118. n. 32. ubi loquens de præsentatione facta in personam simplicis Clerici, monet Ordinarium, ne confestim de Beneficio patronato provideat, sed expectare debeat finem quadrimestris, & clarius probat Rot. cor. Caval. dec. 231. n. 3. in contrarium pariter allegata, ubi fuit admissa præsentatio Covi tanquam de persona habili quia Patroni post præsentatum Pirovanum inhabilem, durante quadrimestri, alium non præsentarunt, & dictum fuit d. Eugubina Canonicatus 10. Mart. 1699. §. fin. cor. cl. mem. Card. Caccia.

6. Quæ sanè correctio eo magis admitti debet in casu præsentati, quia quando agitur de personis laicis præsentibus non idoneum, prout hic, facultas eligendi non devolvitur ad Ordinarium, nec Patroni privantur illa vice jure præsentandi, sed infra quadrimestre possunt emendato errore, ad iteratam electionem devenire, cum non soleant Laici exactè perquirere habilitatem Præsentati, ad notata per Butr. in cap. vos sub num. 13. de offic. Ord. ibique Imol. num. 6. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 45. §. 3. num. 55. & Rota coram Priol. dec. 991. num. 4. cum seqq.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O .

Hispan. Suppellectilium.
Lunæ 28. Novembris 1701.

A R G U M E N T U M .

Confraternitates erectæ in Cathedrali auctoritate ordinaria, si dissolvantur, ad quem spectent, & ad quem usum sint convertenda eorum suppellectilia, deciditur.

S U M M A R I U M .

- 1 Confraternitates laicorum erectæ auctoritate Ordinaria, sub sunt eidem Ordinario.
- Confratres, dissoluta Confraternitate, non possunt disponere de illius bonis, ibi limitat. num. 5.
- 2 Bona Confraternitatis dissoluta, dicuntur vacantia, & pertinent ad dispositionem Ordinarii, donec Papa aliter disponat, si Confraternitas stat de per se, & num. 6. & 7.
- 3 Suppellectiles destinatæ ad certum primum usum, & addictæ certæ Ecclesiæ censentur eidem acquisitæ, & num. 4.
- 4 Bona Confratrum, quæ non fuerunt acquisita intuitu Ecclesiæ deponuntur apud Rectorem Ecclesiæ nomine Episcopi.

D E-

DECISIO XLII.

IN Cathedrali Ecclesia Hispalen. & specialiter in Cappella Sacrarum usque à principio elapsi sæculi Auctoritate Ordinaria erectæ fuerunt duæ Confraternitates, Altera de anno 1604. sub Invocatione Sanctissimi Sacramenti, cujus inter alia principalis Cura erat associare cum Sacris luminibus, & aliis Ecclesiasticis ornamentis Panem Eucharisticum Infirmis, ut decentiori quo fieri posset modo deferretur. Et altera sub titulo Animarum Purgatorii de anno 1618. ut istæ Sacrificiis, ac aliarum precum suffragiis celerius, quam fieri possit flammis expiatæ ad Cœlestia evolarent. Attentis notis controversiis inter Reverendissimum Archiepiscopum, & Capitulum circa Visitationem dictæ Cathedralis, & modum exhibendi Libros redditionis rationum, Confratres quoque in eadem novi constituti, potius quam assumere longam Litem, vel expectare exitum jam pendentis inter prædictos, dissolutionem dictarum Confraternitatum prætulerunt, & in sequelam hujus deliberationis Officiales comparuerunt de anno 1693. coram Decano, & Canonicis insimul congregatis, ac exposito, Confratrum proposito insteterunt, ut Capitulum mandaret Visitatori dicti Sacrarum, quod reciperet Claves sub quarum Custodia detinebantur mobilia, argenta, & ornamenta, pro servitio, & Cultu, *Summario Capituli num. 6. 7. & 8.* Participavit hanc dissolutionem Capitulum Archiepiscopo, & deinceps continuavit in possessione dictarum rerum, ac in præstatione soliti, & debiti honoris erga Eucharisticum Sacramentum, & in exhibitione suffragiorum pro animabus purgantibus, donec Reverendissimus Archiepiscopus condolens se gravatum à tali receptione, & retentione facta per Capitulum, occasione aliorum Dubiorum hodiè disputatum fuit coram me. An supellectilia, & alia spectantia ad Confraternitates Sacrarum potuerit Capitulum ab ipsarum Confraternitatum Officialibus recipere, & an liceat eidem Capitulo illa retinere, seu potius sint tradenda Archiepiscopo ad ef-

fectum prædictas Confraternitates restabiliendi, vel de novo erigendi, & DD. responderunt, potuisse recipere, & retinere juxta modum, & modus est, quod Capitulum debeat retinere dicta Mobilia, argenta, & alia ornamenta, nomine Archiepiscopi facta descriptione earum coram ipso, vel alio ab eodem deputando ad hoc, ut applicentur ad eisdem pios usus in eadem Ecclesia ad quos per Confraternitates fuerunt destinata, prout fere in hunc sensum se declarant etiam scribentes pro Archiepiscopo in sua responsione §. Sed Quatenus.

1 Prætendebant nihilominus isti in suis Scripturis quod Capitulum neque dictam consignationem recipere posset, ex quo eum dictæ Confraternitates. erectæ reperiantur auctoritate Ordinaria, erant eidem Reverendissimo Archiepiscopo subiecta, tam ex dispositione Juris, ut in *cap. de xenodochiis*, & *cap. ad hæc de Religios. Dom.* quam ex Sacro Concilio Tridentino *sess. 22. cap. 8.* & *9. de reform. & constit. Clem. VIII. in Bull. la 107 §. 8.* quam ex speciali lege foundationis, in qua expressè legitur, quod tales Confraternitates subiectæ esse debebant illius Jurisdictioni, & quod Confratres in posterum tenerentur de illarum bonis Visitatoribus dicti Archiepiscopatus rationem reddere *Summario Archiepiscopi à num. 1. ad 6. & signanter n. 3. ex litt. A. ex quibus legibus inferebatur quod dicti Confratres post dissolutas societates nequibant disponere de bonis ad Confraternitates spectantibus, nam si per dissolutionem cessarunt esse Confratres, cessavit non minus jus administrandi, & per consequens, etiam jus distribuendi dicta mobilia, & propterea Cappellanum non potest recipere à Personis, quæ non habebant jus disponendi per Text. in lib. 1. quis Titio, ff. de legat. 3. cum aliis adductis per Petr. de Ubaldo. de Canonic. Episc. quæst. 13. nu. 28.*

2 Et deinde prætendebant, quod tantò minus dicta mobilia possent retinere, nam Bona Confraternitatum, & aliorum piorum locorum, quando de facto reperiuntur dissoluta, statim illorum Bona, tanquam vacantia remanent sub dispositione Summi Pontificis, vel Ordinarii donec saltem per Sedem Apostolicam de illis dispo-

disponatur, ut illa, vel Confraternitatibus de novo erigendis, vel aliis piis usibus valeat applicare ad *Text. in c. unico §. confirmata autem de religiof. Dom.* cum aliis quæ tradunt Bartol. *in leg. fin. num. 22. ff. de colleg. illicit. Abb. in cap. recollende n. 3. versic. bona Collegii de stat. Monach. Tondut. quest. benefic. par. 3. cap. 22. sub num. 22.* ex quo sequebatur, quod eadem Bona remanere non poterant penes Capitulum, nec etiam per viam depositi, ut tradit Pellizar. *in manual. tract. 8. cap. 5. sess. 6. num. 264.* quia illa recta via transire debebant in Dominium Superioris Ecclesiastici per ea, quæ tradunt moder. Pistor. *consil. 47. num. 65. Donat. in prax. regul. tom. 2. tract. 13. quest. 24. num. 10. Rocca select. cap. 183. num. 25. & Rota in recent. decis. 163. num. 3. cum seq. par. 4.*

3 E contra verò per Capitulum dicebatur, quod tales Confraternitates uti erectæ in ejus Ecclesia, & ad certum opus pium, & signanter, quia ad formam constitutionum Apostolicarum, quæ mandant, quod in qualibet Ecclesia Parochiali hujusmodi Confraternitates erigantur, ut testatur Capon. *discept. 276. num. 58.* & declaravit Sac. Congreg. Episcoporum in *Vercellen. 3. Februarii 1610.* Unde cum tales Confraternitates non stent de per se sed potius erectæ dicantur in adiutorium Ecclesiæ, ubi reperiuntur fundatæ, sequitur proinde, ut illarum Bona, quæ reperiuntur ad idem exercitium destinata, censeri debent Ecclesiæ acquisita, ut per *Text. in d. leg. si quis Titio ff. de Legat. 3.* tradunt Bartol. *in d. leg. fin. num. 22. versic. quedam sunt Collegia ff. de Colleg. illicit. Ricciul. lucubr. Eccles. lib. 4. cap. 18. num. 3.* Tondut. *quest. benefic. lib. 1. cap. 43. nu. 1. cum seqq. & Donat. in prax. regul. tom. 3. tract. 8. quest. 41. in fin. & propterea si hoc procedit contra ipsosmet Confratres, qui dicta bona in aliam Ecclesiam transferre non potuissent, ut notat Capon. *controv. 345. num. 6.* quanto magis hoc erit admitendum contra Episcopum ne suppellectilia, quæ fuerunt per Confratres tradita, contemplatione Ecclesiæ in alios usus convertantur, ut firmavit Rot. *in Melitana Juris administrandi 4. Junii 1692. cor. bon. mem. Emerix & in Gerunden. Cap-**

parum 27. Januarii 1698. §. Etenim Ecclesia cor. R. P. D. meo Pio, & ideo cessare visa est in præfenti qualitas Bonorum vacantium, in qua fundantur omnes auctoritates in contrarium adductæ.

4 Quod clarius comprobari dicebatur ex facto ipsorum Confratrum, nam si isti in actu dissolutionis tradiderunt Capitulo suppellectilia ad usum Sacrarii destinata, quatenus adfuisse aliqua dubietas, an illorum Dominium acquisitum fuerit favore Ecclesiæ, ex ista tamen traditione, declarata remansisset voluntas eorum Confratrum, illa voluisse acquirere contemplatione, & intuitu Ecclesiæ, in qua ipsi permanebant, Donat. *in prax. tom. 4. tract. 8. q. 26. n. 2. Bordon. contr. regul. tom. 2. resol. 72. n. 12. Rota cor. Merlin. dec. 384. n. 5. & in rec. dec. 359. num. 1. par. 14.*

5 Sed quatenus dicta Bona spectarent ad Confratres, sicuti de illis in actu recessus potuissent ad eorum libitum disponere, etiam illa transferendo in aliam Ecclesiam, ita multo magis eadem suppellectilia, quæ per ipsos retineri non poterant, merito relinqui potuerunt ad commodum illius Ecclesiæ, ubi existebant de tempore sequutæ dissolutionis, ut post Jacob. Rebuff. *in l. nemo C. de spect. l. 10. & Petr. pariter Rebuff. ad Leg. reg. tom. 2. tit. de contr. n. fin. tradit Capon. d. discept. 345. n. 2. in fin.*

Maximè quia Capitulum non intendit dicta mobilia, & argenta sibi appropriare, sed impendere in eundem usum nempe associandi, & exponendi publicæ venerationi nostræ Redemptionis Augustissimum Memoriale, & in continuatione dd. suffragior. prout fecit propriis expensis a die dissolutionis Confraternitatum usque in præfens, & continuabit, donec vel ædemmet Confraternitates restabulantur, vel aliæ similes de novo eligantur.

6 Neque obstant auctoritates importantes Bonorum Confraternitatum dissolutionum subjectionem Sanctæ Sedi, quia per Capitulum dicebatur, quod ista procedunt in casu confraternitatum de per se stantium, quia tunc verè illarum bona dicuntur vacantia, secus verò si aliquæ confraternitates, ut in præfenti erectæ in aliqua certa Ecclesia seu cappella dependentes ab illa, & pro adiutorio ejusdem, quia tunc

tunc non ad Confratres, sed ad Ecclesiam bona spectare dicuntur, juxta distinctionem superius insinuatam, quam fusius tradit Francesc. de Eccl. Cathedrali cap. 15. n. 185.

7 Verum DD. approbando, quæ per Reverendis Archiepiscopum allegantur, quod nempe dictæ Confraternitates erant subjectæ illius Jurisdictioni, quia in limine foundationis se submiserunt, & promiserunt de bonis ipsarum Confraternitatum reddere rationem visitatoribus, necnon quod dd. Bona, uti vacantia, post dissolutionem Confraternitatum dici non poterant propria Ecclesiæ, in qua sita reperiebantur, sed pertinere debebant ad S. Sedem, & respectivè ad Archiepiscopum, tunc solum auctoritates per Capitulum allegatæ locum habent, quando dubitatur; An bona sint Ecclesiæ, in qua sit est Confraternitas, vel propria ipsius Confraternitatis, & tunc in dubio dicuntur potiùs Ecclesiæ, sed quando, prout hic, controversa bona semper remanserunt sub particulari cura Confratrum, & quamvis ad certum opus pium destinata, nunquam tamen transierunt in Dominium Ecclesiæ, neque dici possunt propria Ecclesiæ, ut observat idemmet Francesc. eodem loco per Capitulum citatus cap. 25. num. 185. si totus perlegatur cum quo concordant Bartol. in dict. leg. fin. n. 22. ff. de colleg. illicit. Tondut. dict. cap. 43. num. 1. versic. si enim alias, neque transferendo Confraternitatem potuissent Confratres Bona, uti donata Ecclesiæ transferre, prout per Capitulum admittitur, & de facto Capitulum dicta bona recepit ab eisdem Confratribus per traditionem clavium, & propterea uti propria dictarum Confraternitatum, post illarum dissolutionem dici debent etiam vacantia, & ad S. Sedem, & respectivè ad Ordinarium spectantia, & ultra auctoritates superius allegatas, & comprobant Donat. in prax. regul. tom. 3. tract. 8. quæst. 41. num. 1. & Rota cor. Coccino decis. 472. num. 1. & seqq.

8 Nihilominus DD. dixerunt absolute Capitulum potuisset recipere, quia quoad istam primam partem nulli dubium est cum à sponte dantibus semper recipi possit, maxime dum agebatur de rebus ad Divinum Cultum destinatis, & ad eum-

dem usum traditis, quando exinde periculum oriri poterat deperditionis, vel saltem dubitare de illarum translatione ad aliam Ecclesiam. Et quoad secundam partem retentionis dixerunt quoque posse retinere juxta modum, nempe ut diximus approbando temperamentum propositum pro parte Archiepiscopi, sed cum aliquo moderamine, nam in dicto §. Sed quatenus. Insinuatum fuit, quod quatenus placuisset DD. non immutare Personam deputatam à Capitulo pro retentione dictarum rerum, id tantum fieri debebat, dummodo salva remaneret Jurisdictio, administratio, & dispositio favore Archiepiscopi, & per consequens quod debebat Depositarium adstringi ad se obligandum, & declarandum dicta bona, nomine Archiepiscopi retinere, & administrare, eaque deventurum, quousque Archiepiscopus de illis disponat, quodque eidem Archiepiscopo dictorum bonorum rationem reddere deberet ad illius beneplacitum, & idem reservando Reverendis Archiepiscopo totam superioritatem, & Jurisdictionem dixerunt, quod retinerentur per Capitulum nomine Archiepiscopi, & quod describerentur coram eodem seu alia Persona ab eodem deputata, illam tamen limitantur quoad dispositionem, nam æquum minime visum est; quod Ecclesia privari possit dd. ornamentis, quæ cum sit Cathedralis, & principalis Parochia, semper cum majori pompa, & decore incedere debet præ aliis, & idem adjunxerunt ad hoc ut applicentur ad eosdem pios usus in eadem Ecclesia, ad quos per Confratres fuerunt destinata.

Et ita causa bis proposita, resolutum fuit cum suffragio omnium DD. utraque Parte semper informante.

R. P. D. MOLINES.

Giennen. Adjutorum.

Lunæ 13. Februarii 1702.

ARGUMENTUM.

Episcopus procedit in causis criminalibus contra Capitulares sine Adjunctis, quando Capitulum non docet de exemptione.

ptione ante Concilium. Exemptio à jurisdictione Episcopi non probatur probationibus imperfectis.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopus in sua Diocesi habet mixtum, & merum imperium, & in suos subditos plenariam in civilibus, & criminalibus jurisdictionem exerceret.
- 2 Dispositio Concilii Tridentini cap. 6. de reform. sess. 25. non habet locum, nisi Capituli exemptis ante Concilium & num. 3.
- 4 Adjuncti in causis criminalibus Capitularium non orant de jure communi eligendi.
- 5 Exemptio non præsumitur, sed est plene probanda.
- 6 Exemptio non probatur sine multiplici- tate actuum cum scientia, & patientia Episcopi.
- 7 Jurisdictio in delictis levibus, & ad simplicem correctionem, potest competere etiam Capitulo.
- 8 Consuetudo in qualibet materia probari debet in suo casu præciso.
- 9 Constitutio Synodalis facit jus quoad omnes Diocesanos, & tollit contrariam consuetudinem.
- 10 Concessio limitata ad causas leves præservat jurisdictionem Episcopo in gravibus.
- 11 Constitutiones Synodales juratæ in receptione singulorum Capitularium non possunt rejici prætextu inobservantia.
- 12 Legis interpretatio, quæ habet contra se juris assensum in præjudicium Ordinarii rejicitur.
- 13 Referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus.
- 14 Consuetudo exemptiva non probatur probationibus equivocis.
- 15 Testes non sunt recipiendi ubi probatio haberi potest ex scripturis, & Processibus.
Testes ne redarguantur de falso, omnis favorabilis sumenda est interpretatio, ut illorum dicta ad concordiam reducantur. ibi.
- 16 Confessiones, & enunciativæ Episcopi,

ut præjudicent successoribus debent esse certæ, nec ad aliud referibiles.

- 17 Confessio emissa ab eo, qui habet interesse non meretur attendi.
- 18 Exemptio est odiosa, & facile contrariis probationibus eliditur, & offuscatur, & num. 19.
- 20 Episcopus ex longa observantia potest præscribere jurisdictionem privativam contra privilegium exemptionis Capituli, & num. 21. & 22.
- 23 Gratia concessa super supposito insubstante nulla reputatur ex defectu intentionis.

D E C I S I O XLIII.

CUpientes Canonici, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Giennen. si non totaliter, saltem in parte Jurisdictionis excutere jugum proprii Antistitis, immemores verborum Christi Domini Nostri loquentis per Matthæum cap. 11. jugum meum suave est, & onus meum leve, recursum habuerunt ad Sac. Congregationem præpositam negotiis Episcoporum, & Regularium pro impetranda facultate deputandi duos Adjunctos, ad formam dispositionis Sac. Concilii Tridentini cap. 6. sess. 25. de reform. prout eis facile fuit, inaudito Episcopo, favorable reportasse Decretum, quod per speciale Breve Apostolicum confirmavit lan. mem. Innocentius XII. cum clausula: Salva autoritate dictæ Congregationis, quæ postea examinatis Juribus Episcopi, promulgavit ad istius favorem diversa rescripta sub diebus 29. Januarii, & 5. Februarii anni 1700.

Verum non acquiescente Capitulo, eo quia non adinvenerat documenta ex causa alterius litis super jure mutandi Præbendatos, quæ documenta prætendebat sibi conferre ad præsentem controversiam: ideo noviter adivit præfatam Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, quæ, ut finem juridicè imponeret huic acerrimæ contentioni, non dedignata est exquirere votum nostri Sac. Auditorii, de cujus mandato, concordato dubio -- An Episcopus Giennen. teneatur procedere cum Adjunctis, seu potius Breve Apostolicum sit exequendum eoque in hodierna Audientia pro-

proposito, negativum Domini quoad utramque illius partem, responsum dederunt.

1 Pro enim adstruendo hujus resolutionis fundamento, valde opportunum visum est, geminas præliminares Juris theoreticas conitabilire, easque subindè communire facti circumstantiis, ut Episcopi intentio, adversus Capituli oppositiones firmior evadat; Quarum prima in eo consistit, quod quilibet Episcopus in tota sua Diocesi habet Jurisdictionem Ordinariam, tam voluntariam, quam contentiosam, merum, & mixtum imperium, & ita in quolibet loco ipsius Diocesis non exempto, potest salva majestate imperii sui, salvoque more Majorum pro Tribunali sedere, Causas ad Ecclesiasticum Forum spectantes in Civilibus, & Criminalibus audire, personas Ecclesiasticas (cum excessus earum exegerint) capere, carcere corrigere, punire, & castigare, necnon cætera pertinentia ad ejus Officium liberè, & independentè exercere; super quibus omnibus intentionem habet fundatam non solum de jure communi, ex dispositione Sacrorum Canonum, prout sunt Textus aperti in cap. 1. cap. conquerente de offic. Ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. in 6. cap. cum persone de privi. in 6. Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 17. communiter probant Gonzal. in repetitione ad dictum cap. 1. & num. 6. de offic. Ord. Ugolin. de offic. Episc. cap. 4. §. 12. Bobadill. in politic. lib. 2. cap. 17. num. 29. Barbol. de potest. Episc. par. 3. allegat. 125. num. 28. Tondut. quæst. Benef. cap. 61. num. 1. lib. 1. in puncto Rota curam Carill. decis. 38. num. 1. coram Priol. decis. 295. num. 3. & in recent. decis. 204. num. 3. par. 19. & in Gerunden. cognoscendi causas Criminales 17. Martii §. Fundatam confirmata 20. Junii 1692. §. indubitata coram me, & in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Non enim pariter coram me, sed etiam in censura Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20.

2 Secunda est, quod licet per dict. Sac. Concil. Trid. in cap. 6. sess. 25. de reform. sancitum fuerit, Ordinariis locorum in causis Capitularium extra Visitationem procedere debere cum duobus Adiunctis à capitulo in principio anni eligendis.

attamen cum hujusmodi decretum factum pro causis cognoscendis extra visitationem, stet consecutivè, & ampliativè ad aliud antecedens in cap. 4. de ref. ut expendunt Spad. consil. 155. num. 1. tom. 1. Fagnan. in cap. Irrefragabili §. Excessus num. 9. de offi. Ord. Sarav. de Adiunct. quæst. 2. num. 2. Rota decis. 743. num. 5. par. 1. & decis. 321. num. 2. par. 2. div. exindè invaluit concursus Doctorum opinio, quod prædicta conciliaris sanctio in dict. c. 16. sess. 25. de reform. non vindicet sibi locum, nisi in Capitulis exemptis, quæ nullatenus ante Concilium subiacebant Ordinariæ Episcopi potestati, ut distinguendo reassumunt Fagn. loc. supr. cit. Solorz. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 65. tom. 2. Tondut. quæst. benefic. lib. 1. cap. 61. num. 2. Antonell. de regim. Eccles. lib. 5. cap. 7. sub num. 34. Ricc. in prax. for. Eccles. par. 4. resol. 592. Barbol. in Collect. ad Concil. dict. sess. 25. cap. 6. de ref. num. 3. idem de offic. & potest. Episc. par. 9. alleg. 74. num. 4. Rot. cor. Seraph. decis. 493. num. 1. dec. 710. sub num. 2. par. 1. & decis. 743. per tot. & dec. 321. par. 2. divers. cum aliis nostris terminis cumulatis in Tarracon. Jurisdictionis 10. Martii 1700. §. Neque cor. R. P. D. meo dell'Olmo confirmata sub die 2. Decembr. 1701. §. Habet cor. me, & in Calaritanæ Jurisdictionis 10. Junii 1701. §. Nec Capitulo cor. R. P. D. meo de la Tremoille.

3 Quidquid laboriosè firmaverit Sarav. in ejus tract. de adiunct. quæst. 1. à num. 11. in ostendendo, Jus commune nequaquam resistere, sed potius assistere electioni Adjunctorum, tamquam Conjudicium per Text. in Canon. Episcop. Caus. 15. quæst. 6. cum aliis per eum allegatis. Nam ultra quod illorum dispositio in defuetudinem abiit, ut testantur Solorzan. de Jur. Indiar. d. lib. 3. cap. 14. sub n. 57. tom. 2. Tondut. quæst. benefic. cap. 62. sub num. 2. vers. utrum lib. 1. Omnes profecto contrariæ rationes per Saraviam adductæ, hac unica tolluntur admadversione, quod nempe Sac. Concilium Tridentinum in locis supra citatis nihil de novo conceitit Episcopis, sed remotis impedimentis quarumcumque exemptionum, excitavit illorum Ordinariam Jurisdictionem, ut bene in puncto explicat Spad. d. consil. 155. n. 16. & 17. tom. 1. ubi allegat concordantes.

4 Sicque reservata, extrâ visitationem Capitulis exemptis facultate eligendi adjunctos potius datur intelligi fuisse illis aliquid novi impartitum, quod seclusa exemptione de jure communi non habebant; Aliter si hoc assisteret intentioni Capitulorum, frustranea esset distinctio inter illa exempla, & non exempta post Concilium Tridentinum, cum omnium deberet esse æqualis conditio, per ea, quæ firmat Fagnan. in dicto cap. *irrefragabili* §. *Excessus num. 20. & 21. de offic. Ordinar.* frustraque Capitulis exemptis concessisset idem Sac. Concilium Tridentinum electionem adjunctorum, quando hæc de jure communi illis competiisset, Verall. *decis. 297. num. 9. part. 1.* Quamvis in terminis juris communis confusè, ac variè loquantur Doctores, an Episcopus teneatur requirere consilium, seu potius consensus Capituli in Causis Criminalibus, & Correctione Capitularium, adeòt nulla transactis temporibus potuerit in nostro Sacro Auditorio capi matura resolutio, ut videre est in *decis. 615. num. 1. p. 1. divers. & decis. 9. per tot. p. 1. rec. & notat Sarav. de Adjunct. quest. 1. num. 10. & à num. 60.*

5 His itaque præmissis, quorum efficacia benè noscebatur à Defensoribus Capituli Ginnen. totis proinde viribus se verterunt ad demonstrandam qualitatem ejus exemptionis ex consuetudine olim acquisitæ antè Concilium Tridentinum, quæ sanè exemptio, cum non præsumatur, non erat ambigendum quin esset concludenter probanda ab eo, qui in illa se fundat ad tradita per Solorzan. *de jure Indiar. lib. 3. 4. cap. 14. num. 64. tom. 2. Sarav. de Adjunct. & q. 11. num. 14. Verall. decis. 328. num. 2. lib. 1. & in dicta Calavizana jurisdictionis 10. Junii 1701. §. Nec capitulo coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

6 Idcirco quod attinet ad documenta adducta pro suadendo dicta exemptione, Dominis visâ fuerunt imperfecta, nec univocè, prout requiritur, concludentia, quemadmodum sigillatim expensa utraque illorum specie, manifestè mox patebit. Incipiendo enim ab actibus relat-
tis ex parte Capituli in *ejus Summario num. 1.* qui consistebant in diversis Pro-
Monacelli Form. Pars II.

cessibus compilatis contra Capitulares delinquentes ab anno 1520. usque ad annum 1556. exceptis primo, & decimo præferentibus materiam gravem, & forsitan patratam, vel Sede Episcopali vacante, vel infcio, aut absente proprio Præsule, cui proinde nullum censetur illarum præjudicium ex illa communi opinione in subjecta materia recepta, quod nempe ultra actuum positivam existentiam, requiritur copulativè etiam illorum multiplicitas cum scientia, & patientia Episcopi, sine qua nunquam indocta dicitur consuetudo exemptiva ab ejus Ordinaria Jurisdictione, ut distinguendo probat Frances de Eccles. *Cathedr. cap. 30. num. 284.* & dictum fuit in *Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout, coram Me, & novissimè in Illerden. juris multandi super negocio principali 23. Januar. proximè præteriti, §. Cæterum coram R. P. D. meo Muto.*

7 Reliqui quidem ex dictis, actibus, tanquam numero majores, versabantur circa multam inflictam pro delictis levibus ob verba injuriosè prolata, & similia, quorum cognitio, cum ad simplicem correctionem extrajudicalem indulgeatur Capitulis ex firmatis per Rot. in *Barchinonen. Jurisdictionis, seu pœnæ 5. Julii 1694. §. Non refragante coram bon. mem. Ursino confirmata 13. Januarii 1696. §. Domini coram R. P. D. de la Tremoille, & in Dertbusen. jurisdictionis super levibus 6. Februarii 1696. §. Militat cor. R. P. D. meo Pio, & nuperrimè in dict. Illerden. juris corrigendi 23. Januarii proximè elapsi coram R. P. D. meo Muto; Eo quia in excessibus levibus non soleant Episcopi Jurisdictionalem adhibere gladium, hunc præservando exercendum in figura Judicii ad publicam vindictam in puniendis delictis gravibus Rota *decis. 20. num. 3. par. 1. recent & in Dertbusen. jurisdictionis 1697. §. jus enim, & §. quod ipsum coram R. P. D. meo Pio, & in Gerunden. jurisdictionis super quinto dubio 27. Junii 1698. coram R. P. D. meo Caprara, & in Valentina jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Præterea coram Me.**

8 Exindè sequitur, quod præfati actus particulariter gesti per Capitulum po-
I i tius

tius faveant, quam advenfentur Jurisdictioni Episcopali, pro qua declinanda non rectè ex illis arguitur omnimoda, & totalis exemptio antè Concil. Trident. ut in proximis terminis notavit Rot. *decif. 520. num. 2. par. 5. recent.* Et regulare est, quod in qualibet materia consuetudo probari debet in suo casu præciso, nec extensionem patitur de uno ad alium diversum, ut generaliter tradunt Gratian. *desceptat. forens. cap. 79. nu. 10. Rocca disput. jur. cap. 79. n. 11. Menoch. conf. 684. num. 28. Rota coram Cavaler decif. 172. num. 5. & magis in specie ex auctoritate Cor. conf. 193. sub num. 11. num. 2. firmavit in Illerden. Juris mulctandi super mantentione 27. Januar. proxime præteriti §. Et sanè coram R. P. D. meo Muto, ex ratione, quod illa dicitur habere tantum de potentia, quantum de actu, Bellarmin. *conf. 1. n. 16. Rota dec. 278. nu. 5. & seqq. p. 12. & decif. 354. nu. 5. par. 14. rec. & in Hispalen. juris sedendi in Synodo 20. Junii 1697. §. Prout coram R. P. D. meo Muto, & in d. Dertbusen. jurisdict. super gravibus 4. Maji 1697. §. Minusque coram R. P. D. meo Pio.**

9 Prædictaque omnia robustiora evadunt ex dispositione antiquissimæ Constitutionis Synodalis conditæ in Cathedrali Ecclesia Ginnen. ab Episcopo Ofsorio de anno 1492. uti in *Summ. Episcopi n. 1. & 2.* quæ mihi etiam tradita fuit una cum aliis Statutis insertis in volumine typis excusso; Nam cum ex tali Constitutione convincatur differentia inter Crimina levia, & delicta gravia prima corrigenda Decano, & Capitulo, secunda verò præservata Ordinariæ Jurisdictioni Episcopi, & ab eo judicialiter punienda, ibi--*Però se qualcuno delle Dignità, o altri qualsivoglia Beneficiati della nostra Chiesa, &c. vi fosse qualche contesa grave, &c. che in questo caso non possa il Decano deliberarlo, ne darli la pena per esso, ma stimo bene, che questo s' habbia da deliberare dal Vescovo, o suo Vicario Generale.* Profecto excluditur prætensa consuetudo omnimodæ exemptionis, cum statuta Ecclesiæ Cathedralis, aliæque Constitutiones Synodales sint partes Jurisdictionis Episcopalis, & faciant jus particulare indifferenter ab omnibus servandum, ut ad exclusionem contrariæ

consuetudinis firmatum fuit per Rotam *decif. 74. n. 35. coram Zarat. & in Calaguritana Decimarum de Ocon. 5. Junii 1683. coram Guaxardo, & in alia de Lucrunio 4. Julii 1698. §. Astipulante coram Me, & in alia de Inestrillas 12. Martii 1697. §. Insuper pariter coram Me.*

10 Consonatque ad intentum Episcopi illa propositio pluries in subiecta materia jurisdictionali constabilita, quod ex limitata concessione favore Capituli ad casus simplices, & excessus leves, semper censetur remansisse salvam jurisdictionem Ordinarii, quoad casus graves, & delicta requirentia telam judicariam; Cum certum sit, quod quidquid expressè tributum non legitur, Capitulo, præservatum dicitur ipsi Episcopo ex Causa suæ universalis Jurisdictionis, ex doctrina Ancharan. in *Ca. postulari vers. quidquid de for. compet. cap. 2. de Constit. CoKier. de jurisd. in exempt. par. 2. quæst. 45. n. 12.* cum aliis congestis per Rotam *decif. 191. n. 6. cum sequentibus part. 19. recentior. & in dicta Dertbusen. Jurisdictionis super gravibus 4. Martii 1697. coram R. P. D. meo Pio, & in dict. Valentina Jurisdictionis 6. April. 1699. §. Et sane coram Me.*

11 Quinimo cum præfata statuta, aliæque Synodales Constitutiones diversis temporibus compilatæ, prout occasio exigebat jurentur à Canonicis in singulorum receptione juxta formulam, de qua in *dicto Summario Episcopi. nu. 6.* frustra quidem insudabant Scribentes pro Capitulo in demonstrando illa, vel non fuisse usu recepta, vel contraria observantia abrogata. Nam concurrente dicto Juramento ab unoquoque de Capitulo præfatio, non solum indecorum videtur excipere de nõ usu, seu contrario usu, sed etiam nec unquam poterit inchoare adverbativa consuetudo, ut ex communi Canonistarum, ac Theologorum auctoritate individualiter, cæteris omisfis, dixit Rota *decif. 210. n. 11. p. 17. rrr.*

12 Rursus nullius relevantiæ videbatur exceptio, quod præfata antiqua constitutio Synodalis Episcopi Ofsorii loqueretur de Decano relative ad aliam rubricam de Chori honestate; Undè inferebatur pati circumscriptionem loci, in quo graviter, vel leviter delinquerent Capitulares,

res, ideoque non posse fieri extensionem ultra ambitum Ecclesiæ pro excessibus, seu delictis alibi commissis, & committendis, si quidem omisso an talis interpretatio esset recipienda respectu Decani, & Capituli, ex quo eis non assistit de jure communi universalis jurisdictionis, ut distinctis pluribus jurisdictionum speciebus latè tradit Saravia *de adjunct. quest. 33. per totum*, sanè hujusmodi limitata intelligentia, veluti aberrans à Juris principiis, ne utiquam admitti potest contra personam Episcopi, cui in dubio Sacri Canones cum communi Doctorum sensu semper favent, & signanter præiudicium aliquod irrogetur illius Ordinariæ potestati habendi de jure assistentiam, & causam universalem in tota sua Diocesi, ut latè probat Spad. *in duobus consil. 156. & 157. per totum lib. 1. Solorzan. de Jure Indiar. lib. 3. capit. 14. num. 65. tomo secundo*, ubi concordantes.

13 Hincque iterum inspecta prædicta antiqua Synodali constitutione, sua mole ruunt subalternæ probationes noviter à Capitulo repertæ pro concludenda ejus antiqua exemptione. Quippè Testes, vigiscis temporibus examinati, partim vigore Remissoriæ Rotalis, partim in Urbe, ultra quod redarguebantur generali responsione illegalitatis Processus; Certum est, quod dispositiones nonnullorum ex eis possunt referri ad illos actus gestos per Capitulum respicientes delicta levia, quorum supra meminimus, & per consequens plus non probant, quam continetur in dictis actibus ex regula, quod referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus, & unum ad limites alterius restringi debet, Rota *decision. 49. num. 9. part. 15. decision. 42. num. 1. part. 16. recent. alibique passim*.

14 Insuper omnes præfati Testes non deponunt specificè super delictis gravibus pro quorum punitione ad publicam vindictam agendum est figura Judicii, & super quibus privativa cognitio pertinet ad Episcopum etiam vigore præcitatæ Constitutionis Synodalis, ideoque examen genericè factum super Jurisdictione exercita à Capitulo cum verificari possit

in Excessibus, seu Delictis levibus, necessario sequitur, quod non probatur concludenter consuetudo exemptiva, quæ potius remanet æquivoca, nulloque modo attendenda contra Episcopum ex traditis per Spadam *consilio 122. nu. 9. tomo primo. Pacioni allegation. jur. quarto num. 18. & individualiter de similibus Testibus firmavit Rota coram Carillo decis. 58. num. 6. consonante allegata coram Merlin. decis. 401. num. 7.*

15 Signanter, quia exemptio præten-
sa vigore consuetudinis; consistentis in plenario exercitio Jurisdictionis, tunc temporis poterat melius constare, seu convinci ex Processibus, & Scripturis, si verè tunc adfuissent, sicque non erat recurrendum ad examen Testium, quorum probatio est minus tuta, nec attendi meretur, ita ut soleat etiam aliquando denegari Remissoria, Rota *coram Cerro dec. 258. nu. 1. & dec. 566. num. 18. coram Seraphin. decis. 339. num. 7. coram Dunozet. Jun. dec. 113. num. 19. & recent. 58. num. 6. part. 1. dec. 589. n. 2. p. 2. & magis in punto nuperime dixit in Illerden. juris Mulctandi super Remissoria 23. Januarii currentis anni, S. Et sanè coram R. P. D. meo Muto. Vel saltem ne depositiones eorundem Testium redargui possint de falsitate, cum eis adverteretur clara dispositio præcitatæ Constitutionis Synodalis distinguentis delicta levia corrigenda per Decanum, & Capitulum, à delictis gravibus plestendis ab Episcopo, omnis propterea sumenda est interpretatio conformis dictæ Constitutioni Synodali, ut illorum dicta ad concordiam reducantur Rota *dec. 394. nu. 19. p. 9. tom. 2. recent.**

16 Prout etiam cum eadem conciliatione responderetur instantiæ factæ ab Episcopo Mendoza de anno 1539. dum ex ea non resultat illius clara confessio inductiva omnimodæ exemptionis Capituli, sicuti perperam prætendebant ejus Defensores. Licèt enim Canonici inhærentes præfata instantiæ concesserint tantum favore præcitati Episcopi facultatem mutandi Capitulares de una in aliam Ecclesiam Giennen. & Baetien. attamen Episcopus petendo quoque jurisdictionem, ut colligitur ex Instrumento Concessionis

de quo in *Summ. Capituli num. 4.* censetur intellexisse de illa specie Jurisdictionis, cum qua posset etiam corrigere Capitulares in excessibus levibus, ut ita integraliter gauderet totali exercitio punitionis, ultra id, quod dispositum legebatur in dicta antiqua Constitutione Synodali; Aut saltem cum negari non possit, quin illius instantia sit ambigua, utique in nihilo præjudicat Dignitati Episcopali, & ratio est, quia ad effectum inducendi præjudicium confessiones, aliæque enunciativæ debeant esse certæ, & indubitæ nec alibi riferibiles ad Text. in l. certum, ff. de confess. dixit Rota dec. 290. n. 18. p. 18. recent.

17 Similiter parvipendenda visa fuit altera confessio elicitæ ex antiqua epistola Christophori de Arguelliada Vicarii Generalis Giennen. scripta glor. mem. Cardin. Pacheco tunc temporis Episcopo, qui Romæ morabatur, ubi etsi explicitè factus fuerit per hæc præcisa verba -- *Gli Avvocati delle dignità stimano difficile, che ciò si possa ottenere, &c. Rispetto à che quando il Vescovo D. Francesco di Mendoza domandò al Decano, e Capitolo, che li cedesse l'essentione, che godevano, non lo vollero fare, perche è certo, che il Capitolo è esente, & è stato dalla giurisdictione ordinaria, &c.* Nihilominus cum idem Arguelliada eo tunc fungeretur munere Vicarii, ac insimul esset Canonicus, ut proinde ob pronam affectionem erga Capitulum verisimiliter præsumendam caligati fuerint illius oculi ne viderent semitam justitiæ, & veritatis, utique illius epistolæ non est præstanda integra fides, quin potius minuenda, sicque non videtur apta probare prætenfam exemptionem Capituli, cum sit confessio emisfa à persona interesse habente, ut omiffis generalibus in specie casus nostri respondit Rota in *Tarraconen. jurisdictionis 10. Maii 1700. S. nec est cur, coram R. P. D. meo dell' Olmo.* Præterquam quod eadem epistola se quoque relativè habet ad Statuta Ecclesiarum ibi: *Perche è disputabile secondo gl' stessi Statuti di queste Sante Chiese, quæ Statuta favent Episcopo ut dictum est supra, & recurrunt responsiones de referente, & relato.*

18 Quibus omnibus sic per Dominos animadversis ad enervandas singulas probationum species congestas ex parte Capituli super prætenfa exemptione, quamvis sufficiat Episcopo habenti assistentiam juris pro omnimoda Jurisdictione, si non prorsus elidere saltem offuscare, & turbidas reddere contrarias probationes. Rota *decis. 76. num. 10. part. 10. recent.* Præsertim ad exclusionem exemptionis exorbitantis à jure, & insimul odiosæ, Spad. *consil. 156. num. 4. lib. 1. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 195.*

19 Adhuc tamen omnem prorsus sustulit dubietatem claritas aliorum, ac multiplicium processuum criminalium, qui occurrentibus gravibus delictis patris à Canonicis aliisque Capitularibus semper, ac indefinenter post dictum Sac. Concilium Tridentinum ab anno nempe 1586. usque ad moderna hæc tempora fabricati fuerunt in figura Judicii à solis Episcopis pro tempore regentibus Ecclesias Giennen. & Baeten. insimul unitas, absqueullo interventu Adiunctorum, ut in *Summario Episcopi à num. 12. ad. 20.* Quapropter cum per decursum longissimi temporis super excedentis Centenariam, Episcopi processerint sine Adiunctis, quorum ultio valde diminuitur, vel resolvitur Dignitas, & auctoritas Episcopalis, quæ ubique locorum suæ Diæcesi magna in existimatione esse debet, ut in subiecta materia ponderat Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 68.* Utique est continua, & longæva consuetudo, ac observantia post Concilium Tridentinum concludit in favorem Episcopi privativam Jurisdictionem cum exclusionem omnis exemptionis non solum post dict. Concil. Tridentinum sed etiam multò ante, ut indicat supra ponderata Constitutio Synodalis Episcopi Osorii edita anno 1492.

20 Et quod longa consuetudo, ac observantia deducta ex pluribus actibus ab Episcopo factis contra Canonicos liberè, & absque Adiunctis sit attendenda in favorem Episcopi pro libero usu suæ Jurisdictionis etiam post Concilium Tridentinum concedens Canonicis privilegium Adiunctorum, probat in fortiori-
bus

bus terminis cujusdam transactionis à Summo Pontifice confirmatæ, quam allegabant Canonici, Tondut. *q. de benef. d. cap. 61. n. 8. lib. 1. n. 13.* optimam affert rationem, quod in his terminis Jurisdictio Episcopi ad suam primævam redit naturam, nempe ad Episcopum habentem de Jure intentionem fundatam pro libero exercitio suæ jurisdictionis in sua Diœcesi, & ob hanc rationem neque requiritur scientia, vel patientia Capituli per Text. *in cap. si de terra de privil. ibique glos. l. si partem, §. si fundum, ff. quemadmodum servit. amittit.* Covarruv. *variar. resol. cap. Professor in secundo P. relecl. §. initium num. 10.* & benè distinguendo firmat Frances de Eccles. *Cathedr. cap. 30. num. 283. & sequentibus.* Tondut. *dict. cap. 61. num. 14. & 15.* Rota *coram Gregor. decis. 299. num. 9. coram Ottobon. decis. 229. num. 4.* & in terminis privilegii concessi pro electione Adjutorum quod per usum, & contrariam observantiam centenariam præsumatur illi renunciatum, & jurisdictione redacta ad suam pristinam naturam in favorem Episcopi, ac inducta privativa præscriptio omnimodæ Jurisdictionis in criminalibus latè firmatum fuit *in Gerunden. Juris cognoscendi Causas 20. Junii 1692. §. Privilegium, & per totam coram Me, & in Calaritana jurisdictionis 10. Julii 1701. §. Talis observantia, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

21. Absque eo, quod suffragari valeat Capitulo reflexio, quod Canonici, vel allesti favoribus, vel timore perterriti, minimè ausi sint suam dicere sententiam contra voluntatem Episcoporum pro tempore, ne illorum gravissimas inciderent persecutiones: Quoniam non semper homines collegialiter viventes reperiuntur ejusdem conditionis, & naturæ; ut negligant propria jura defendere, & in subjecta materia arguendo ab inverisimilitudine (quod nempe non sit verisimile Canonicos permisisse per tantum tempus Episcopos contra illos procedere criminaliter in figura Judicii absque Adjunctis, nisi sciret sine istis posse Episcopos libere exercere suam Jurisdictionem) dictum fuit *in Tarraconen. jurisdictionis 2. Decemb. 1701. §. Secundò quia si Pontifex coram Me.*

Monacelli Form. Pars II.

22 Ulterius est alienum à veritate, quod Canonici nunquam contradixerint, Nam cur voluerint subreptitiè exercere nonnullos actus perturbantes Jurisdictionem Episcopi, iste illos rejecit, mediante Processu, de quo *in dicto Summario n. 15.* Cumque Capitulum sciens, & patiens rejectioni acquieverit, fortior in his terminis evadit observantia privativæ Jurisdictionis favore Episcopi, nedum ante, sed etiam post Concilium Tridentinum, ex theorica Ripæ *in cap. cum Ecclesia Sutrina n. 5. de caus. possess. & propriet. Spada conf. 1. n. 46. & conf. 6. n. 10. lib. 2. Ferret. conf. 132. n. 3. lib. 1. Card. de Luca de jurepatr. disc. 35. n. 7. & seq. Rota dec. 254. num. 21. part. 10. & decis. 220. n. 25. part. 11. rec. & in Fanen. Canoniceatum 15. Maii §. Centenaria coram R. P. D. Caprara.*

23 Demùm visa sunt non indigere ulteriori responsione, quæ dicebantur non amitti per non usum Privilegium Adjutorum concessum Capitulis per d. Sac. Concilium Tridentinum, cum per istud derogeretur contrariis consuetudinibus, quæ censentur etiam sublata vigore Decreti irritantis contenti in Bulla Pii IV. illius confirmatoria, ex doctrinis lato calamo cumulatis per Defensores Capituli. Etenim hæc omnia discutienda forent, quando clarè constaret de exemptione ante Concilium Tridentinum, sed ea cessante, seu admodum turbida existente, ex superius animadversis, superfluum est, quid ultra superaddere: Imò exclusa dicta exemptione, in necessarium consequens succedebat responsio negativa ad secundam Dubii partem, non esse nempe exequendum Breve Apostolicum impetratum pro confirmatione Decreti Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium, cum supposito præsentis exemptionis, ex regula, quod ob insubsistentiam suppositorum, ruit funditus concessio ex defectu intentionis Papæ *cap. finali de rescript. Rota decis. 193. num. 8. part. 5. & decis. 414. n. 1. part. 12. recent.*

Et ita, utraque Parte acerrimè informante, resolutum fuit.

R. P. D. P R I O L O .

Gerunden. Eleemosinæ Panis super bono
Jure. Luna 20. Martii 1702.

A R G U M E N T U M .

Voluntas Testatoris servanda est, nec ab
Ordinario inconsulto Papa commutari
potest, nisi in casu, quod impossibili-
tate facti impleri non valeat.

S U M M A R I U M .

- 1 Voluntas Testatoris est pro lege ser-
vanda.
- 2 Successor non luit pœnam pro culpa
Antecessoris.
- 3 Voluntas Testatoris in re accidentali,
quæ non tangit substantiam, potest
auctoritate Episcopi alterari.
- 4 Administratio dicitur facta jure proprio
quando jura alteri non reservatur.
- 5 Jus quod competit Rectori Beneficii,
non potest in alium transferri in
præjudicium Successorum sine Papæ
beneplacito.
- 6 Facultas data ad rem certam, non
trahitur ad diversa.
- 7 Mala fides resistit principio præscri-
ptionis.
- 8 Solus Papa commutat voluntates Te-
statorum.
- 9 Episcopus voluntatem Testatoris com-
mutat, si adest impossibilitas facti,
& num. 10.
- 11 Ubi Papa manus apposuit, non potest
inferior se ingerere.

D E C I S I O X L I V .

Q Uamvis piissimum legatum Eleemo-
sinæ Panis, quod Arnaldus de
Sacra usque de anno 1228. reliquit
Pauperibus Gerundæ, fuisset per quatuor
sæcula administratum juxta ejus præcep-
tum à Presbytero S. Anastasiæ, qui Præ-
positus nuncupatur, sub prætextu tamen,
quod illius proventus essent malè admi-
nistrati, & in illis distributione orirentur
quamplures rixæ, & quæstiones ex

turba confluentium, cum periculo etiam
Mulierum prægnantium, Puerorum, ac
Senum, aliarumque Personarum debili-
tium, de anno 1629. statuit Episcopus
ad evitanda ista inconvenientia, quod hæc
pia distributio in alios usus converteretur.
Undè lata super hoc sententia, & in illius
sequelam, assumpta per Capitulum ad-
ministratione, & regimine proventuum
hujus pinguissimi legati, illius redditus
fuerunt destinati in alios pios usus omni-
nò diversos; Modernus tamen Præpositus,
agnoscens quod hæc commutatio nullo
Jure fieri poterat, Judicium movit coram
A. C. & ab isto sententiam obtinuit, in
qua declaratum extitit, pium opus esse
exequendum, prout à principio fuerat in-
stitutum, & Capitulo non licuisse in ejus
administratione se ingerere, sed illam pri-
vative spectare à Præposito, ut videre
est in dicta sententia. Interposita ex parte
Capituli appellatione, eaque commissa
R. P. D. meo Pio, subrogatus ego in lo-
cum Collegæ adversa valetudine detenti,
proposui Dub. An, & de cujus bono Jure
constaret, & Constare de bono Jure Præposi-
ti DD. responderunt.

1 Illud namque resultare visum est ex
clara dispositione Testatoris, qui dum vo-
luit legatum administrari, & distribui à
Præposito in futurum eligendo, modus
prescriptus in illius administratione, & di-
stributione, nullo pacto alterari potuit, quia
voluntas Fundatoris erat ad instar legis
observanda, per Text. in leg. in condit. ff. de
condit. & demonstr. latius per Rot. coram
Dunoz. Jun. dec. 142. n. 19. & coram Cels. dec.
71. num. 1. & seq. ubi dicit hoc procedere,
sive illa fuisset expressa, sive tacita.

2. Nec pro bono Jure Capituli subsiste-
re visa sunt illa tria fundamenta, quæ pro
ejus parte adducebantur; non quidem
primum desumptum à sententia lata per
Ordinarium de anno 1629. in actu visita-
tionis; nam admissio etiam, sine veri præ-
judicio, quod Præpositi pro tempore male
se versaverint in administratione hujus le-
gati, illiusque opulentissimos redditus
cum maximo præjudicio Pauperum ero-
gaverint in proprios usus; non exindè ta-
men potuisset Episcopus eos absolutè remo-
vere à tali administratione, sed prius adhi-
ben-

bendo remedio, quæ Jura nostra subministrant, debebat in casu dolosæ administrationis Oeconomum deputare, qui proventus exigeret nomine Præpositi, vel reportare idoneam cautionem, cum obligatione etiam illam renovandi de anno in annum, ut ita consuleret piissimo desiderio Testatoris; propterea quando lex ipsa offerebat opportunas cautiones, cum quibus occurrere poterat imminente periculo dilapidationis, quæ fortasse non erat contingibilis in omnibus Præpositis, nullo modo debebat Episcopus erigere extraordinarium, imò exorbitans remedium remotionis, quia si in sequelam sententiæ ab ipso prolata cadere debuissent à jure administrandi etiam illi Præpositi in futurum eligendi, isti contra dictamen æquitatis, & contra expressam juris dispositionem luere cogentur peccata suorum Antecessorum, quod permitti non debet, ad Text. in cap. non debet, de regul. jur. in 6. cum aliis adductis in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 7. Mart. 1701. §. Non enim coram R. P. D. meo Scotto, & confirmata 20. Januarii proxime præteriti §. Nec ad arguendum in fin. coram Me.

3 Non relevante, quod quando remotis Præpositis, fuit subrogatum Capitulum in Jure administrandi, non solum accessit tunc temporis expressus consensus Præpositi sed administratio impofterum fieri debebat nomine ipsius Præpositi, ex quo inferebatur, quod si adhuc remansit penes illum Jus, & Dominium administrationis, translata non fuerit in Capitulum, nisi materialis administratio, propter quam dici non potest, quod fuerit in substantia immutata voluntas Fundatoris, ut notata per Tondut. quæst. benef. 68. n. 12. lib. 1. & Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 386. cum seqq.

4 Hoc enim objectum cessare visum est ex facto; nam si dominium, & superioritas administrationis remansisset penes Præpositum, potuisset iste exigere redditionem rationis, de proventibus exactis per Commissarios à Capitulo deputatos, sed quando talis reddito rationis nunquam fuit facta, & redditus legati apparent exacti à Capitulo, illique absque ulla participatione Præpositi, erogati in usus per

Capitulum destinatos; in hoc sanè casu dicendum est, quod totale Jus administrationis translatum censeatur in Capitulum, & ab illo, Jure proprio exercitum, quia alias reservatus fuisset expressus consensus Præpositi, argumento Textus in l. fin. Cod. de administr. tutel. & dixit Rota coram Cavaler. decisio. 57. n. 6. cum aliis laudatis in Gerunden. Administrationis Antecessorum 10. Martii 1683. §. Assstunt autem, coram bon. mem. Ursino.

5 Et propterea si translatum fuit in Capitulum totale Jus administrationis, hæc translatio fieri non potuit cum solo consensu Præpositi, quia cum esset questum Jus omnibus in Beneficio successoribus, per consensum unius, cæteris præjudicari non poterat, sine expresso beneplacito Papæ, per Text. in cap. veniens, de transact. Federic. de Sen. conf. 94. n. 2. Abb. conf. 36. num. 2. lib. 1. Rota coram Martin. Andr. dec. 48. num. 15. & coram Bich. dec. 525. n. 17.

6 Minoris relevantiæ visum est secundum fundamentum elicitum ex tacita mente, seu permissione Fundatoris; nam hæc tacita voluntas non aliunde desumitur, quam ex quadam enunciativa per Episcopum emissa in actu, quo approbavit dispositionem Arnaldi tunc viventis; in illa enim quamvis dictum fuerit, quod Eleemofyna distribueretur, secundum dispositionem ab ipso Fundatore factam, vel in futurum à Capitulo Gerundæ facien. ex tali tamen enunciativa non remansit immutata substantia legati, quia facultas disponendi concessa Capitulo cadit solummodo super modo, & quantitate Eleemofynæ faciendæ juxta mensuram reddituum, & proinde non est referenda ad Jus administrationis totaliter diversum ad Text. in l. Papinianus, ff. de Minor.

7 Minus denique subsistit postremum fundamentum desumptum à præscriptiva observantia 70. & ultra annorum; nam si detrahatur vita illius, qui consensum præstitit, ac alterius immediaci successoris, qui fuit de gremio Capituli, adhuc elapsedum non fuisset tempus habile ad præscribendum in præjudicium Ecclesiæ, ultra quam quod data in Capitulo mala

fide, propter bonum jus Præpositi reman-
fisset in eo sublatum quodcumque princi-
pium præscriptionis, Rot. coram Cerro
decis. 587. num. 8. & in rec. dec. 47. num. 11.
part. 11.

8 Sicuti ab Episcopo immutari non po-
tuit voluntas Fundatoris circa jus admi-
nistrandi, ita nec minus potuit alterari
quoad modum erogandi proventus rei le-
gatæ; nam estò quod ipse agnitis difficul-
tatibus, rixis, & scandalis, quæ occasione
distributionum eveniebant, consultius
putaverit, voluntatem Testatoris com-
mutare, ac demandare, quod redditus in
alios pios usus distribuere; hoc tamen
facere non poterat per se ipsum, sed debe-
bat consulere Papam, cum ipse solus pos-
sit voluntates defunctorum commutare,
tradunt Dian. coordinat. tom. 6. tract. 9. re-
sol. 65. num. 1. Pasqualig. de Sacrific. nov.
leg. tom. 2. tit. de legat. pro celeb. q. 1080. n. 6.
& seqq. Cappell. Tholos. q. 26. per tot.

9 Nec obstare visæ sunt auctoritates in
contrarium allegatæ, quia illæ procedunt,
vel quando fuit consultus Summus Ponti-
fex, in quibus terminis loquitur Cama-
rel. de legat. lib. 7. part. 3. quæst. 6. num. 7.
& Rot. coram Ubag. decis. 58. & in recent.
decis. 744. pag. 18. Vel quando concurrente
deficientia reddituum, adest impossibili-
tas adimplendi voluntatem Testatoris, ut
in d. decis. 58. num. 7. coram Ubag. & decla-
rat Barbof. ad Concil. sess. 22. de reform.
cap. 6. num. 3. cum seqq.

10 In casu autem præsentis, non fuit
requisitum beneplacitum Papæ, & non
concurrunt tales difficultates, propter
quas justè potuerit legatum commuta-
ri; Nam rixæ, & quæstiones oriri solitæ
inter Pauperes confluentes, pericu-
la imbecillium personarum, mala quali-
tas Panis, & similia, poterant de facili
emendari, prout de factò, similia in-
convenientia evenire possent etiam in
hac Alma Urbe, quando à piissima Ar-
chiconfraternitate S. Hieronymi de Cha-
ritate distribuitur Eleemosyna Panis, nisi
diligentia Deputatorum omnibus occur-
reret; Undè quoties potest aliter provi-
deri, licet exequutio pii Operis sit diffici-
lis, sed non impossibilis, nunquam est
commutanda voluntas Testatoris, ut bene

advertit Monet. de commut. ultim. volunt.
cap. 5. num. 346.

11 Et si hæc ita indistinctè procedunt,
quanto magis locum sibi vindicare debent
in casu præsentis, in quo cum triennio an-
tè sequutam commutationem fuisset ad
supplicationem Capituli obtenta dismem-
bratio reddituum hujus Eleemosynæ, ad
effectum illos in parte erogandi pro manu-
tentione Cantorum Ecclesiæ; quia
gratia non fuit exequuta, talem dismem-
brationem Rota non admisit, ut videre
est apud Rembold. decis. 621. & sic post ta-
lem resolutionem nullo Jure potuit Episcopus
propria auctoritate contrarium de-
cernere; Maxime quia statutum, quod
fuit factum super exequutione hujus pii
Operis reperiebatur specialiter à Papa
confirmatum, undè inferior non poterat se
ingerere in iis, quibus Papa, & Superior
manus apposuerunt, ad Text. in cap. Ue-
nestrum, de appellat. Roman. conf. 335.
n. 6. Decius conf. 137. n. 4. & Rot. coram
Seraph. decis. 1328. n. 2.

Et ita utraque Parte audita, resolutum
fuit, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Vicen. Canonicatus.

Mercurii 6. Decembris 1703.

A R G U M E N T U M.

Nominatio, quæ competit vigore turni,
non dicitur consumpta, si ex impedi-
mento aliunde proveniente, quam ex
culpa Turnarii non habuit effectum,
Canonicus jubilatus habetur pro præ-
sente.

S U M M A R I U M.

- 1 Nominatio facta ab eo cui competit per
turnum debet cæteris præferri.
- 2 Nominatio facta à Canonico turnario
non dicitur consumpta, quando ci-
tra ejus culpam non habuit effectum
num. 4.
- 3 Sola signatura Papæ perficit gra-
tiam.
- 5 Appellans, agnita justitia causa non
tenet.

reinetur ad ulteriorem persecutionem
litis, & n. 7.

6 *Litteræ Apostolicæ habent paratam
executionem ad instar obligationis
Cameræ, nec admittunt appel-
lationem.*

8 *Canonicus jubilatus ad effectum gau-
dendi Turno habetur pro præsentem,
& actualiter residente, & n. 9.*

DECISIO XLV.

In ulteriori gradu appellationis com-
missa Mihi Causa à sententia R. P.
D. mei Scotti confirmatoria alterius R.
P. D. mei de la Tremoille hodie dedi-
dubium, an esset confirmanda, vel infir-
manda, & DD. attendente validitate, &
iustitia, non dubitarunt pro illius con-
firmatione respondere.

1 Sicuti enim validitas præcedentis
iudicati non fuit impugnata à Scriben-
tibus pro Francisco tunc in Causa com-
parentibus, ita hodie validitas alterius
iudicati in eorum contumacia resultare
visa est ex præsumptione boni juris,
cum sententia semper de jure præsumat-
ur valida. Iustitia verò apparuit ex præ-
cedentibus decisionibus in utraque instan-
tia emanatis coram RR. PP. DD. meis
de la Tremoille, & Scotto; nam dum
controverfus Canonicatus vacavit in tur-
no Canonici Oliverii, quoties iste nomi-
navit Joannem Baptistam, debet il-
lius nominatio executioni demandari,
nam qui existit in turno, debet ceteris
aliis in nominatione præferri ad Text.
in *Clement. 2. de jure patronat.* cum aliis
relatis in *prima decis. 18. Februarii 1701.*
§. *Etenim constat coram R. P. D. meo de la
Tremoille, & in alia 3. Februarii proximi
præteriti §. Iustitia coram R. P. D. meo
Scotto.*

2 Nec turnus dici potest consumptus
ex præcedenti nominatione facta per
Oliverium, quia ista fuit expleta sub ex-
plicita conditione, quod ipse intendebat
acceptare Turnum dummodo Coadjuto-
ria à Durano procurata super Canonica-
tu tunc vacante non fuisset executioni
demandata; Undè si postmodum gra-
tia fuit expedita ante obitum Coadjuti,

& illius vigore Duranus etiam nactus fuit
possessionem illius Canonicatus, nomina-
tio Oliverii per non implementum condi-
tionis remansit taliter resoluta perinde ac si
facta non fuisset, nam turnus tunc dici-
tur consumptus, quando nominatio ha-
buit effectum, alias enim semper cen-
setur præservatus, si ex impedimento aliunde
proveniente quam ex culpa Turnarii
suam executionem habere non potuit
Gonzal. *ad reg. Cancell. glos. 45. §. 3.*
num. 4. cum seqq. Tondut. quest. benef.
part. 2. cap. 3. §. 8. num. 37. Rot.
coram Seraph. dec. 1446. num. 1. & seqq.
*& in rec. dec. 217. num. 2. par. 16. cum aliis
relatis in dicta decisione 3. Februarii proximi
præteriti §. Neque obstare visum fuit co-
ram R. P. D. meo Scotto.*

3 In casu autem præsentis satis super-
que patet de iusto, & legitimo impedi-
mento propter quod habere non potuit
locum nominatio facta ab Oliverio,
nam de tempore quo ipse nominavit
jam reperiebatur signata gratia Coadju-
toriarum favore Durani: Cumque ista fuisset
postea executioni demandata, cita-
to Oliverio, & Joanne Baptista per ipsum
nominato, Canonicatus non dicitur ampli-
us vacasse per obitum Coadjuti, sed
eodem momento, quo fuit signata gra-
tia, dicitur potius vacasse per dimissionem
de ea factam in manibus Papæ,
cum sola illius signatura gratiam perficiat
Rot. in rec. decis. 121. num. 5. cum seqq.
part. 12. & coram Cels. decis. 395. num. 8.
& propterea si Canonicatus non vacavit
amplius per obitum Coadjuti, quia Papa
in illius collatione pervenit, dato hoc legiti-
mo impedimento, propter quod Turnarius
non poterat amplius eundem Canonicatum
conferre, nullo pacto consumptum
remansit illius jus nominandi.

4 Et tantò magis, quia habita per Oli-
verium aliquali notitia de hoc impedi-
mento, in casu illius supervenientiarum vo-
luit per specialem protestationem præ-
servare jura sibi quomodolibet compe-
tentia, & protestatio etiam tamquam
rationabilis, & iusta fuit à Capitulo ad-
missa; ex quo benè colligitur, quod
Oliverius non intendebat suum Tur-
num acceptare, nisi quatenus nomina-
tio

tio per ipsum facta plenarium effectum consequuta fuisset, & consequenter si in casu non effectuatæ nominationis sibi iura specialiter præservavit, hæc præservatio operatur, ut non data effectuatione nominationis illius turnus ex implicito etiam consensu Capituli non remanserit unquam consumptus Rot. in recent. decis. 728. nu. 21. part. 4. tom. 4. & coram. Du-nozet. Jun. decis. 858. n. 10.

5 Nec ineffectuatio nominationis referri potest ad culpam Oliverii ex eo, quod ad formam propriæ obligationis non promoverit, neque prosequutus fuerit litem contra Duranum super nullitate Coadjutoria, nam, & si ipse ab implemento succipere obligationis potuisset excusari ex facto Capituli; itaut non teneretur litem promovere, quando Coadjutoria fuit per Deputatos à Capitulo recognita, & approbata pro valida, & in sequelam hujus approbationis, idemmet Capitulum admisit Duranum ad possessionem Canonatus, adhuc tamen Oliverius, his non obstantibus, litem promovere non prætermisit, & comparendo coram Exequutore in litteris deputato non destitit opponere plures exceptiones contra validitatem gratiæ; Unde si postmodum Exequutor gratiam exequi mandavit, negari non potest, quin Oliverius plenissime satisfecerit propriæ obligationi, & sic agnita Justitia gratiæ non tenebatur ad ulteriorem litem prosecutionem Rot. apud Achill. de Grassi. decis. 1. de concess. Præbend. Duran. decis. 446. n. 1. & cor. Merlin. decis. 876. n. 3.

6 Citra quod relevare visa fuerit appellatio per Oliverium interposita à sententia exequutoris; Nam cum appellatio non esset de jure admissibilis, quia litteræ Apostolicæ habent paratam executionem ad instar obligationis Cameralis, nullo modo præservare potuit jus Canonici antiquioris sequentis in Turno, dum appellatio nulliter interposita nullum causare potuit Juris effectum, cum non entis nullæ sint qualitates ad Text. in cap. non præstat de Regul. jur. in 6.

7 Eoque fortius, quia huic appellationi Oliverius etiam expressè renunciavit, & quamvis in eadem appellatione complicatum quoque fuisset jus alterius

Canonici sequentis in Turno, quia tamen iste, re integra non adhæsi appellationi, potuit Oliverius, ne litem injustè prosequeretur, suo juri renunciare etiam admixtum esset præjudicium tertii, ut firmitat decis. 3. Februarii proxime præteriti §. Nullatenus coram R. P. D. meo Scotto, & comprobatur Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 2. n. 96.

Vindicata ex his competentia juris nominandi in Canonico Oliverio minus relevare visa est altera exceptio desumpta ex ipso Statuto Ecclesiæ; Nam, etsi ibidem sancitum reperitur, quod jus nominandi habeant dumtaxat illi Canonici, qui sunt præsentis, seu residentes, & qui domicilium in Civitate Vicen. habuerint, vel larem ibi tenuerint, & vestiarium majus anno præcedenti ante vacationem immèditè consequuti fuerint, adhuc procedendo cum sensu ipsius statuti omnes illius qualitates optime congruunt Canonico Oliverio, nam ipse larem, & domum retinuit in Civitate Vicen. & vestiarium etiam in anno præcedenti recepit.

8 Non obstante, quod Oliverius de tempore sequutæ vacationis reperiretur actualiter absens à loco residentia, & proinde ratione Statuti requirentis actualem residentiam ipso jure remanserit inhabilitatus à jure nominandi; Nam cum illud emanaverit ad finem alliciendi Canonicos ad magis residendum, satis est, quod Canonicus Oliverius esset Decanus, & Jubilatus, & haberet suum Coadjutorem, ut ad effectum gaudendi Turno haberetur pro presente, & actualiter residente Barbof. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 57. & de Canon. & Dignit. cap. 29. nu. 11. Gonzal. ad regular. Can. gloss. §. 9. n. 119. cum seqq. Pignatell. Consult. Canon. 131. per tot. tom. 9. quod etiam agnovit ipsummet Capitulum, dum in actu, quo Oliverius sibi præservavit jura in præcedenti vacatione, admisit illius protestationem, & regressum ad Turnum, quatenus sua nominatio locum non habuisset, quam protestationem certè Capitulum non admisisset, si verè Canonicus Oliverius ad formam Statuti fuisset de facto inhabilis, ut patet ad sensum.

9 Sed quælibet difficultas cessare visa est ex subsequuta observantia, nam in ca-
su

fu cujuscumque vacationis fuerunt à Capitulo expeditæ litteræ convocatoriæ Canonicorum absentium, & quandoque etiam ad illorum nominationem sequuta fuit provisio Canoniarum tunc vacantium, ex qua quidem observantia bene declarata remanet littera Statuti non comprehendentis Canonicos Jubilatos, licet absentes, ut ponderat decis. 18. Februarii 1701. S. Idque eo facilius coram R. P. D. meo de la Tremoille.

Et ita resolutum fuit, altera tantum &c.

R. P. D. P R I O L O.

Tarraconen. Insignium.

Lunæ 11. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Constitutiones Synodales tanquam lex particularis servandæ sunt in tota Diœcesi. Testes Universitatis quando probent, & sint admittendi, & in conflictu, qui sint præferendi, discutitur. Manutentio datur ei, qui docet de possessione, ubi non constat de malo jure, & de juris resistentia.

S U M M A R I U M.

- 1 Constitutio Synodalis tanquam lex servanda est in tota Diœcesi.
- 2 Testes Canonici, Monachi, Civiles, & Collegiales, ubi non agitur de eorum principaliter interesse, admittuntur ad probandum favore Capituli, Conventus, Civitatis, & Collegii.
- 3 Ubi veritas aliunde haberi non potest, admittuntur testes etiam inhabiles.
- 4 Testes de Collegio, & universitate probant quando sunt admiculati. Testes à parte inducti plenam fidem faciunt, etiamsi esset unicus, ibi.
- 5 Testes examinati ad perpetuam, lite pendente, & parte non citata, nihil probant, & n. 6.
- 7 Testibus in concursu deferendum est magis illis, qui habent fomentum à

consuetudine, & constitutione Synodali.

- 8 Procurator sine speciali mandato non potest confessionem aliquam emittere Principali præjudiciale.
- 9 Constitutio Synodalis confirmata à Sede Apostolica non admittit observantiam contrariam.
- 10 Adversis non fit illatio.
- 11 Qui habet possessionem titulatam facilius consequitur manutentionem n. 12. & 16. Manutentio non datur quando constat de malo jure possidentis. ibi.
- 13 Episcopus tenetur ostendere Capitulo Bullas Apostolicas provisionis Episcopatus in suam personam factæ.
- 14 Canonici, & Beneficiati tenentur ostendere Capitulo Bullas suæ provisionis.
- 15 Constitutio sive statutum recipit interpretationem passivam à jure communi, & ab observantia. Interpretatio, quæ oritur ex observantia prævalet interpretationi juris. ibi.

DECISIO XLVI.

Commisssa mihi per Signaturam Justitiæ causa adversus mandatum de manutenendo à R. P. D. meo Caffarello relatum favore Capituli, in quasi possessione concedendi usum Mozzettæ, seu Insignium Commensalibus, & Beneficiatis Ecclesiæ Metropolitanæ Tarraconen. proposui causam die 6. currentis mensis, & anni sub Dubio, An & cui sit danda manutentio; cumque prodierit rescriptum--Dilata, & videatur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis, & proponatur causa etiam cum iisdem; Reproposui hodiè causam, & DD. maturè de more rimatis Juribus hinc inde deductis, in hodierna audientia responderunt--Constare de bono jure utriusque etiam ad effectum manutentionis, juxta modum inferius subnectendum.

1 Fundamentum resolutionis pro bono jure Commensalium, & Beneficiatorum circa assumptionem, & delationem Insignium in Choro, Processionibus, aliisque Ecclesiasticis functionibus, absque

que ulla licentia, & permissione Capituli desumpserunt DD. ex antiquissima Generali consuetudine in tota hac Provincia vigente, & ex Constitutionibus Synodalibus editis usque ab anno 1593. in quibus non solum permittitur assumptio & delatio Insignium de quibus agitur, sed etiam præcisè demandatur, adjecta ulterius pœna contravenientibus amissionis distributionum quotidianarum, ut testatur Romaguera ad Constitut. Synodal. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 4. num. 2. Rot. in Gerunden. Delationis Almutiarum super negotio principali 13. Januarii 1690. §. Eiusdem vero, & seqq. coram Rever. Turon. Quæ Consuetudo, & Constitutio in Synodo Provinciali Tarraconen. edita, uti lex particularis, debet in Civitate, totoque Archiep. Tarraconen. inviolabiliter observari, Rot. coram Emerix Jun. decis. 740. nu. 2. & 9. & decis. 1334. num. 3. & in recent. dec. 212. n. 3. & 4. par. 15. & in Calaguritana Decimarum de Inestrillas 12. Maii 1697. §. idque procedit coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Calaguritana Decimarum de Encisa 23. Junii 1698. §. Indubitanter, & §. fin. coram R. P. D. meo Pio, & in Pamp. Parochialis 6. Mart. 1702. §. Et utique cor. R. P. D. meo Ansaldo Et in puncto hujus Synodi Rota in dict. Gerunden. Delationis Almutiarum super negotio principali 1690. §. Tum etiam coram Reverendissimo Turonen.

2 Quam ex dispositionibus novem Testium formiter examinatorum, uno ore asserentium se post susceptionem Presbyteratus dicta Insignia assumpsisse, eaque detulisse, nulla petita licentia à Capitulo, idemque ab aliis publicè, & palam dicere audivisse, & à senioribus etiam accepisse; Ex quorum Testium dicto plena, & concludens eritur probatio, etiam si illi sint Commensales, & Beneficiati, quia cum deponant circa rem, in qua eorum particulare interesse non versatur, dum illi jam Insignia sine licentia pacificè assumpserunt, & gestant, & interesse remotum, quale est illud Collegii eorumdem Commensalium, & Beneficiatorum sufficiens non est ad eis fidem adimendam, ut de Canonicis; Monachis, Civibus, & Collegialibus, quod ubi non agitur de eorum interesse principaliter

ad probandum admittantur favore Capituli, Conventus, Civitatis, & Collegii, Nell. de Testibus n. 22. Noguerol. allegat. 26. n. 34. Farinac. de Testibus quest. 60. num. 453. num. 460. 463. & seqq. & num. 470. Mascard. de probation. conclus. 418. num. 1. Trentacing. var. resolut. lib. 2. tit. de Testibus resolut. 4. conclus. 2. volum. 1. Giurb. de success. feud. §. 2. gloss. 13. num. 74. Menoch. de Arbitrar. cas. 106. sub num. 5. & seqq. Afflic. decis. 400. num. 2. Reverter. decis. 177. num. 2. Rot. coram Pœnia decis. 1465. nu. 5. Ubald. decis. 171. num. 9. coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 139. & in recent. decis. 320. nu. 13. part. 9. & dec. 320. num. 6. & seqq. part. 11. ubi quod probant pro Universitate in Causa magni honoris, si honor non sit debitus Testibus uti singulis, sed uti unum Corpus facientibus.

3 Maximè quia factum hoc petitionis licentiæ probari non potest, nisi à Commensalibus, & Beneficiatis ad quod spectaret eam requirere, sicque cum agatur de materia, cujus veritas aliudè faciliter haberi non potest, quam ex istis Testibus, admitti debent ad probandum, etiam si aliquam exceptionem paterentur, Jafon in l. juris Gentium §. Prætor ait sub num. 5. ff. de pacto Muta ad Consuetud. Panormit. cap. 72. num. 16. Seraphinus Massinus de Confisc. Bonorum q. 13. n. 27. & 28. Farinac. de Testib. qu. 60. n. 270. & qu. 62. sub n. 51.

4 Et fortius quia sunt etiam administrati, nedum à supradicta Synodo Provinciali, quo casu Testes de Collegio, & Universitate probant in specie Rota in recent. decis. 320. num. 14. part. 9. ubi plures refert, & decis. 320. num. 12. part. 11. coram Coccino decis. 140. num. 19. & 21. Sed quod plus est ab ipsismet Testibus ex parte Capituli inductis, & formiter examinatis, asserentibus Presbyteros in actu ingressus in Choro non expetivisse licentiam à Capitulo pro deferendis Insignibus, ut patet ex depositione primi Testis Summario additonalis Beneficiatorum num. 4. litt. B. & C. secundi Testis dicto Summario num. 4. sub litt. B. & quarti Testis eodem Summario litt. L. Quibus Testibus à Capitulo inductis, & examinatis, etiam si omnia

omnia alia deficerent plena esset adhibenda fides; Cum notum sit Testem, quamvis unicum contra inducentem plenissimam probationem facere notat Desiderius Guido *consil. 2. nu. 20. consil. 6. nu. 24. & consil. 15. nu. 13. & 14.* Rota coram Mantica *dec. 274. num. 1. vers. & quod est amplius*, ubi de Testibus inductis à Capitulo, & in *recent. dicta decis. 320. num. 12. part. 11.* ubi de Testibus Universitatis In Pisaurum. *Hereditatis 1. Julii 1696. §. Verum coram R. P. D. meo Priolo, & in Asculana Fideicommissi, seu Domus super fructibus 4. Julii 1696. in principio 13. Junii 1698. in principio, 10. Decembris ejusdem anni pariter in princip. coram R. P. D. meo Pio, Capuana Beneficii 27. Januarii 1698. §. Movit DD. coram R. P. D. meo Lancetta, Toletana Decimarum de Cappilla, quoad Parochos 23. Martii 1699. §. Validitas coram R. P. D. meo Ansaldo. Asculana Dotis 28. Junii 1700. §. Præfata, & §. Tertium denique coram R. P. D. meo Pio. Et in terminis manutentionis *Posth. de man. observ. 19. n. 1. Rota post eum dec. 396. nu. 2. dec. 513. n. 5.* Et magis in terminis delationis hujusmodi Insignium Rota in *dicta Gerunden. Delationis Almutiarum super manutentione 13. Januarii 1690. §. Principali coram Reverendiss. D. Turonen.**

5. In nihilum refragante depositione aliorum Testium ad perpetuam à Capitulo examinatorum, testantium Commensales, & Beneficiatos licentiam hujusmodi expetiisse, eamque ipsis Capitulum concessisse: Quia talis depositio facta lite pendente, Commensalibus, & Beneficiatis nec citatis, nec auditis, non meretur attendi, Desiderius Guido *consil. 4. n. 6.* ubi quod nec etiam faciunt iudicium, Seraphinus Malsinus *de Confessat. Bonor. q. 1. n. 51.* Rota in *recent. decis. 69. n. 29. & segg. p. 18. & in Asculana Aquæeductus super reservatis quoad damna 16. Junii 1698. §. in hypotesi coram me, & in Asculana Dotis, & Legitimæ 13. Junii 1698. §. Neque coram R. P. D. meo Lancetta, & in materia manutentionis *Posth. de manutent. observ. 38. nu. 43. & 44. Rota post eum dec. 160. n. 1. dec. 218. n. 5. de. 325. n. 8. dec. 551. n. 1. dec. 553. n. 1. dec. 625. n. 13. dec. 643. n. 18. & dec. 647. n. 46.**

6. Idque procedit etiam si aliqui ex istis Testibus essent de tempore examinis de numero Commensalium, & Beneficiatorum. Tum quia ipsi erant etiam Ministri Capituli, qui cum ratione servitii, & proprii interesse majorem affectionem præsumantur habere erga Capitulum, quam erga Corpus Commensalium, & Beneficiatorum, in causa illorum non sunt integræ fidei. Tum etiam quia examinati fuerunt, tempore, quo Sedes Archiepiscopalis vacabat, & exercitium Jurisdictionis penes Capitulum residebat: & quod magis urget conquassantur à Testibus formiter hinc inde examinatis, in quorum concursu Testibus ad perpetuam deponentibus, nullam esse fidem adhibendam tradunt Desiderius Guido *consil. 13. n. 14.* Rota coram *Celfo decis. 236. n. 12.*

7. Atque ex his apparent etiam nullius momenti depositiones aliorum Testium formiter ex parte Capituli examinatorum: Nam ut supra dictum est, plures ex istis ingenuè deponunt Commensales, & Beneficiatos existere in quasi possessione, liberè utendi Almutia, & pro ea deferenda, licentiam à Capitulo in actu primi introitus in Chorum non expetivisse: Quorum Testium depositiones inter se contrariæ, & de directo oppositæ aliis Testibus formiter a Beneficiatis examinatis attendi non debent. Maximè quia Testes Capituli actu eidem inserviunt, & Testes Beneficiatorum omni carent exceptione, & recipiunt fomentum ab assistentia generalis consuetudinis in tota Provincia Cathalonix vigentis, & à Constitutione Synodali, quæ consuetudinis, & Constitutionis, assistentia de sola operatur, ut Testibus Commensalium, & Beneficiatorum major sit fides adhibenda, Rota in *Asculana Dotis 29. Aprilis 1701. §. Eoque certius coram R. P. D. meo Pio, & in Nullius, seu Urgellen. Primitiarum 23. Junii currentis anni, §. Eoque, & 27. Novembris nuper elapsi, §. Minus obstat in fine coram me.*

8. Minus desumere potest bonum Jus Capitulum ex concordia an. 1588. in qua Commensales, & Beneficiati falsi fuerunt, Capitulo competere facultate in tales

les licentias concedendi, nec ex sententia bon.mem. Pirovani, in qua Capitulum, & Canonici canonizantur Domini Ecclesie Tarraconen. sicut nec ex asserta Bulla Coelestini Tertii, in qua tribuitur facultas Canonicis assignandi Dignitates, concedendi honores, instituendi Canonicos, & admittendi Clericos; Quoniam quoad concordiam, confessio in ea emissa nihil officit Commensalibus, & Beneficiatis, quia facta fuit à Bartholomæo Martorel, procuratorio nomine eorumdem absque ullo mandato Procuræ, dum ipse solum constitutus fuit Procurator à Commensalibus ad renunciandum liti, quæ vertebatur inter Beneficiatos Doctores ex una, & Commensales ex alia parte, super præcedentia, ut patet ex mandato Procuræ dato in præterito *Summario Beneficiatorum num. 12.* Undè non poterat Procurator præfatus, excedendo limites mandati ad favorem Capituli in lite tunc non existenti confiteri eidem Capitulo competere facultatem dandi huiusmodi licentias, super quo nulla lis vertebatur, ut in terminis observat Rota in *recentior. dec. 9. n. 27. par. 19.* in eo generaliter, quod Procurator, sine speciali mandato non pefit; in præjudicium Principalium confessionem aliquam emittere eique præjudicare, Gratian. *disc. 224. nu. 42.* Seraphinus Massinus de *Confisc. Bonor. q. 35. n. 72.* Rota in *recent. dec. 44. n. 9. p. 10.* & *dec. 16. nu. 15. p. 15.* & *Camerinen. Manutentionis*, seu *Censuum 23. Junii 1698.* §. *Prout eo minus coram Reverendissimo Domino meo Decano*, & in terminis prosequitur Rota *disc. dec. 9. num. 28. part. 19.* ubi quod requiritur speciale mandatum ad sic, & sic constituendum.

9. Et quatenus etiam confessio prædicta legitimè emanasset, adhuc cum supervenerit constitutio Synodalis anno 1593. edita, in qua nedum permittitur sed positivè præcipitur Commensalibus, & Beneficiatis usus Almuciarum sub pena privationis distributionum, nulla facta mentione licentiæ. Hæc Constitutio à Sede Apostolica simul cum aliis Constitutionibus Synodalibus confirmata, efficit, ut quidquid contra illam, vel antè, vel post gestam fuerit nullum, & inane remaneat,

Gratian. *disc. 283. n. 3.* & *disc. 791. num. 13.* Paris. *de resignat. lib. 5. qu. fin. n. 227.* Rota *coram Merlin. dec. 525. num. 5.* Burret. *decis. 829. nu. 2.* & in *recent. dec. 142. nu. 4. part. 21. decis. 312. n. 40. par. 4. tom. 2. dec. 559. n. 30. part. 4. tom. 3. decis. 231. n. 5. part. 5. dec. 62. nu. 6. part. 6.* & *dec. 71. n. 20. par. 8.*

10. Quo verò ad sententiam bon.mem. R. P. D. Pirovani, ista canonizat quidem favore Capituli jus administrationis Bonorum Ecclesie sonans in meram æconomicam potestatem, sed non tribuit magis amplam jurisdictionem, cujus vigore Capitulum habebat jus concedendi, seu permittendi, vel denegandi Beneficiatis licentiam deferendi Almutias, cum de hoc nullum verbum legatur in dicta sententia, ut patet ex illius lectione, & ex *decis. 728. coram Merlino*, & aliis in eadem causa emanatis, ex quibus manifestè colligitur disputationem tunc esse restrictam ad solam administrationem, & jus æconomicum; Undè ab ea ad præsentem quæstionem omninò diversam nulla fieri potest illatio, *vulgata l. Papi-nianus ff. de minorib. de qua Desiderius Guido inter consil. ultim. voluntat. divers. conf. 170. num. 113. lib. 1.* & *inter decisiones Venetas Trivisani decis. 54. num. 33. lib. 2.* Rota in *Asculana Beneficii 5. Martii 1700.* §. *Pariter coram me.*

Et demùm respectu Bullæ Coelestini Tertii quidquid sit an in ea detur facultas Capitulo admittendi Clericos, ex hoc tamen inferri non potest, quod ipsi petere debeant licentiam à Capitulo assumendi Insignia, sed hæc eis à consuetudine, & Synodo Provinciali tribuitur, eo ipso quod Commensales, & beneficiati possessionem accipiunt; minusque deduci potest prædictum jus in Capitulo ex facultate in eadem Bulla eidem tributa concedendi honores, quia hæc intelligitur de aliis honoribus præter eos, qui de jure vel ex Constitutionibus Synodalibus Beneficiatis debentur, qualis est assumptio, & delatio Almutiarum, cum enim Commensales, & Beneficiati istum honorem jam habeant, opus non habent illum recipere à Capitulo.

11. Posito itaque, quod commensalibus, & Beneficiatis assistat bonum jus circa

ca assumptionem, & delationem Almutiarum absque licentia Capituli, eis proculdubio concedi debet manutentio, cum constet de eorum quasi possessione titulata assumendi, & deferendi insignia absque licentia, & permissione, quæ sicut operatur, ut facilius concedi debeat manutentio, Rota in Leodien. Jurisdictionis 28. Junii 1700. §. Rursus coram Illustrissimo D. Magno Cancellario Mediolani, Gerund. Manutentionis 4. Martii 1701. §. Sed ulterius coram R. P. D. meo Priolo, & in nostris præcis terminis in Gerund. delationis Almutiarum super manutentione 13. Januar. 1690. §. Principali in fin. coram Reverendissimo Domino Turonen. Ita efficit, quod data etiam per hypothese[m] quasi possessione capituli tales licentias concedendi dicta possessio non esset manutentibilis, cum exploratum sit, quod ubi constat de malo jure, & de juris resistentia manutentio non conceditur possidenti, Spad. conf. 245. n. 3. lib. 2. Gratian. discept. 870. n. 18. Rota in Romana fideicommissi de Palmariis 16. Februarii 1669. §. Et licet coram R. P. D. meo Caprara, Tarraconen. jurisdictionis 27. Junii 1701. §. Et denique cor. Illustrissimis. D. Magno Cancellario Mediolani, & in Illerd. Juris mulctandi super manutentione 27. Januarii 1702. §. Præterea coram me.

12. Censuerunt tamen Domini constare de bono Jure Capituli in hoc quod Commensales, & Beneficiati teneantur ei, vel Syndicis cartam Presbyteratus, vel Doctoratus ostendere, ad hoc ut videatur habere requisita Constitutionum, & qua ostensione, facta Commensales, & Beneficiati ad nihil aliud teneantur, in quo consistit modus superius indicatus, & ad tenorem dicti boni Juris authentum teneantur ei dandam esse manutentionem. Constat enim Capitulum esse in hac quasi possessione ex pluribus actibus, in quibus fuit offensa Capitulo, vel Syndicis carta Presbyteratus, & Doctoratus, ut evenit de anno 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1629. 1633. 1634. 1675. 1676. 1677. 1685. & ex aliis casibus datis in Summ. Capituli Num. 1. Qua possessione stante eidem denegari non potest manutentio, Seraphinus Massinus de confisc. Bonorum q. 35. n. 61.

Rota in Asculana prælegati 7. Febr. 1681. §. Et consequenter coram clar. mem. Cardinali Vicecomite.

13. Ponderato præcipue, quod Capitulum habet in hoc omnem Juris, & rationis assistentiam; Justum quippe, & rationi consonum est, ut Commensales, & Beneficiati prædictam ostensionem faciant, ita enim evitantur fraudes, quæ fieri possent dictis Constitutionibus in assumptione scilicet insignium Presbyteralium, vel Doctoralium facienda ab his, qui vel nondum ad Sacrum Presbyteratus ordinem sunt promoti, vel lauream Doctoralem in aliqua publica Universitate non fuerint assequuti, & ratione evitandi similes fraudes, & inconvenientia, idem practitari solet ab Episcopis, qui Bullas Apostolicas ostendere tenentur Capitulo, ut possessionem Episcopatus capere possint non ad effectum obtinendi licentiam à Capitulo, sed ut ei notificent collationem in sui personam factam, ad Text. in Extrav. injunctæ de election. Barbof. de Episc. alleg. 34. n. 160. & 161. & alleg. 111. nu. 35. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 29. q. 9. vers. Cæterum. Lavor. var. lucubr. tit. 4. cap. 25. n. 10. Diana resol. mor. p. 5. tract. 2. de potest. & privil. S. R. E. Cardin. resol. 47. Lotter. de re Benefic. lib. 1. q. 27. num. 30. & seqq.

14. Comprobaturque hæc veritas à simili exemplo Canonici, vel Beneficiati de Canonicatu, vel Beneficio provisi, qui antequam possessionem accipiat, tenentur ostendere Bullam suæ provisionis Capitulo, ut manifestet suum titulum Amayden. de stylo Datarie lib. 1. cap. 16. num. 115. §. Et licet, Rot. in Leodien. Canonicatus 4. Julii 1698. §. Ostenso, & seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo.

15. Neque respectu hujusmodi urgere potest responsio, quod tali ostensioni resistat dispositio Juris, & Constitutionum Synodali; Quoniam dispositio Juris communis tantum abest, quod resistat, ut positivè omne Jus, & ratio assistat Capitulo ostensionem petenti, ut prædictum est; Prout non resistunt Constitutiones Synodales, quia illæ solum præcipiunt Presbyteris, & Doctoribus delationem Almutiarum, sed non excludunt ostensionem tituli Presbyteratus nempè, vel

Do-

Doctoratus, ob quem assumptio prædicatorum Insignium prætenditur; Undè in hac parte super qua Constitutiones non disponunt, regulari, & interpretari debent, juxta Juris communis dispositionem, Desiderius Guido *conf. 10. nu. 125. & seqq. Cyriac. controu. 25. n. 13. Magon. dec. Lucens. 20. n. 24. & dec. 97. n. 19. Giurba dec. 64. n. 14. Rota post modern. ad stat. Urbis decis. 204. n. 12.* necnon ad limites observantiæ, ex qua habetur, quod beneficiati ab anno 1623. usque ad præsens prædictas ostensiones fecerunt, quæ observantia subsecuta, & præcipue longissimi temporis, est optima quarumcumque dubiarum dispositionum interpres, Seraphinus Malsinus *de confiscat. Bonorum q. 11. n. 45. & q. 35. n. 80. & 83. Rot. cor. Bich. dec. 690. n. 5. & in Bononien. Sportular. 22. Junii 1693. §. Quæ clariora, coram Reverendissimo D. meo Decano, & in Romana Officii Aquæ felicit. 4. Junii 1700. §. Nec prædicto cor. eodem.* Adeo ut judicari debeat secundum id, quod observatum est, etiam si contrarius intellectus esset de jure verior Seraphinus Malsinus, *de confiscat. bonorum d. q. 35. num. 83. Rot. cor. Buratt. dec. 944. n. 6. & in rec. dec. 216. num. 3. & dec. 520. n. 9. p. 13. & in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono Jure 7. Junii 1700. §. Postea autem cor. Me.*

16. Dictaque Juris communis, & Constitutionum Synodaliū resistentiæ exclusā, imò probata formali assistentia boni Juris, crescit argumentum concedendæ manutentionis Capitulo, nam quoties possessio est fulcita titulo, & constat de bono jure possidentis facilius eidem patet aditus ad manutentionem consequendam *Rot. in Camerinen. manutentionis, seu Censuum 10. Martii 1698. §. His tamen, & §. Quibus circa cor. Reverendiss. D. meo Decano, & 23. Junii ejusdem anni §. Siquidem; & seqq. cor. eodem.*

Et in hunc modum Domini, utraque Parte audita in hac secunda Causæ propositione, responderunt &c.

R. P. D. PIO.

*Legionien. Parochialis.
Veneris 27. Aprilis 1703.*

ARGUMENTUM.

Concurfus exigitur etiam in Parochialibus juris patronatus Ecclesiastici. Immemorabilis non dicitur probata, nisi testes deponant cum requisitis gloss. in *cap. 1. de præscript. in 6.*

SUMMARIUM.

- 1 Concurfus exigitur in Parochiali juris patronatus Ecclesiastici.
 - 2 Immemorabilis exigit probationes concludentes.
 - 3 Testes, sufficienter probant immemorabilem.
- Immemorabilis non probatur per Testes, qui non deponunt cum requisitis gloss. in c. 1. de præscript. in 6. ibi. Concilium Trid. non tollit immemorabilem ibi.*

DECISIO XLVII.

1. **R**evocata ad examen decisione edita coram me sub die 15. Januarii proxime præteriti confirmatoria alterius, præcedenter emanatæ sub die 3. Junii superioris anni, qua responsum fuerit *Litteras Apostolicas per Jacobum Fernandez impetratas esse exequendas DD. ponderantes fundamenta ad comprobendam reservationem ibidem deducta hodiè persisterunt in decisis, innixi defectui concursus omninò necessarii, etiam in Parochialibus de Jure patronatus Ecclesiastici juxta decreta Sac. Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. & Constit. san. mem. Pii V. in ordine la 33. ut advertit posterior decisio, quæ revidetur §. Verum Jure patronatus.*

2. Haud obsistente responsione Ecclesiam de qua agitur ab immemorabili tempore conferri consuevisse absque concursu, etenim probationes ad id adductæ, assumptum minime concludere
visæ

visæ sunt, nam aut agitur de institutionibus, respicientibus controversum beneficium *Summario Matthie num. 1.* & de his ratio haberi non potest, non quidem de expletis ante Sacr. Concil. Trid. quia hæc submoventur, & irritantur ab eod. Concilio uti nova lege quancumque contrariam consuetudinem, legemque antiquam penitus abrogante, minusve de cæteris, ex post factis, quia cum decreta præfati S. Conc. ex Constit. sa. me. Pii IV. la 80. debuerunt executioni demandari à die 11. Martii 1564. à d. tempore citrà, duæ institutiones tantum fuerunt exhibitæ, quarum ultima est de anno 1569. itaut propterea cum spatio centum annorum, nulla alia fuerit exhibitæ immemorabilis, quæ concludentes exigit probationes, ut observat Rot. cor. *Cavaler. dec. 140. n. 1.* ex sola præsumptione continuationis, probata dici non valeat.

Aut verò quæstio versatur super reliquis recentibus *d. Sum. n. 2.* & hæc pariter sunt inefficaces quantumvis post Concilium, & Bullam Pianam consumptæ, quia ultra quod tres ex eis concursus minimè excludunt, eadem non merentur attendi tanquam emanatæ super diversis beneficiis dum minimè doctum fuit quod omnes Ecclesiæ Archidiacono subiectæ eodem jure censi debeant.

3. Nec dici potest huc usque exposita fuisse allegata in corroborationem immemorabilis ex testibus ceteroquin sufficientibus juxtà deducta per Rot. *in Calaguritana Pontificalium 4. Maii 1699. §. Quinimo cor. R. P. D. meo Caprara, & in Caputaquen. subventionis super bono jure 26. Jun. 1702. cor. R. P. D. meo de la Tremoille*, nam examinati contra Procuratorem Fiscalem *d. Summ. n. 4.* deponunt quidem de jurepatronatus Archidiaconi respecto Ecclesiæ controversæ, sed de concursu nullum verbum faciunt, reliqui verò, qui de concursu testantur *Sum. num. 5.* utpotè recepti pendente lite, & nemine citato, nullum probationis gradum constituunt, ut probat secunda decisio, quæ revidetur *§. Et sanè*; Eoque certius quia nec defunt contrariam deponentes *Summ. Jacobi n. unico* omnesque priores minimè testificantur ultra annum vigesimum, dum primus de *Monacelli Form. Pars I.*

ponit à 20. annis alter ab anno 1691. & duo ab anno 1678. immemorabilis enim probari debet per testes deponentes cum requisitis volitis à gloss. *in cap. 1. verb. memoria de præscrip. in 6.* nempe de visu per 40. annos ante motam litem de auditu à suis majoribus qui etiam ab aliis audiverint, & quod nec ipsi, nec ejus majores viderint, aut audiverint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & est quandoque non adit inii memoria; itaut si unum ex dictis requisitis in illis deficiat nunquam immemorabilis probata censetur *Rot. cor. Greg. decis. 196. n. 1. cor. Cavaler. dec. 124. n. 1. & 2. coram Meylin. dec. 532. num. 16. in d. Calaguritana Pontificalium 4. Maii 1699. §. Immemorabilis cor. R. P. D. meo Caprara, & in citata Caputaquen. subventionis super bono jure 26. Maii 1702. §. Sed neutrum cor. dist. R. P. D. meo Tremoille*, præsertim adversus Concilium Tridentinum, & Bullam Pianam præferentia clausulam sublata, & decretum irritans, nam licet exinde infecta minimè censeatur consuetudo contraria, & immemorabilis, ut plenè firmavit Rota *coram Obago decis. 52. num. 2. & quinque seq. & in Tarraconen. Parochialis, seu Vicariæ 2. Maii 1698. §. Quin contrarium coram Illustriss. D. Magno Cancellario Mediolani*, illa tamen concludenter probari debuisset ut animadvertitur fuit supra *§. Haud obssistente.*

E ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Burgen. Beneficii.

Veneris 15. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Comitium ex quibus actibus dicatur acquisitum, ostenditur. Laicus non admittitur de jure ad concursum Beneficii.

SUMMARYM.

1 Beneficia quæ debent conferri Clericis Patrimonialibus, non possunt conferri exteris.

Kk

2 Ha-

- 2 *Habitatio temporanea non iuvat ad acquirendum domicilium.*
- 3 *Incolatus per decennalem habitationem acquiritur.*
- 4 *Eodem tempore potest quis habere, & retinere Domicilium originis & Domicilium habitationis.*
- 5 *Domicilium originis qui deseruit illud reassumit si redeat ad habitandum.*
- 6 *Identitas personæ, quæ retinet plura cognomina dicitur probata per specificationem unius cognitionis, donec probetur personarum pluralitas.*
- 7 *Laicus est incapax assequendi Beneficium.*
- 8 *Clericus extraneus admittitur in defectum Patrimonialium.*

DECISIO XLVIII.

Occasione, qua vacavit per obitum Antonii, integra portio in Ecclesia Parochiali de Gradilla, Ordinarius publicatis edictis ad formam constitutionum Synodaliū indixit concursum & exhibitis coram ipso documentis ab Angelo, & Francisco super ipsorum patrimonialitate, & habilitate, prævaluit Angelus; sed interposita appellatione in Rota cor. R. P. D. meo Muto, iste per contradictas pronuntiavit, beneficium esse adjudicandum Francisco, ut videre est in decisione cor. emanata sub die 17. Februar. 1702. Verum quia Angelus habita subinde notitia de sententia contra se contumacialiter lata, huic iudicato non acquievit, causam proinde in ulteriori instantia committi curavit coram R. P. D. meo Pio, & quamvis dato dubio emanaverit resolutio super confirmatione sententiæ Rotalis, ut in decisione edita sub die 27. Januarii proxime præteriti, nihilominus hodie revocata ad examen præfata decisione, Domini putantes non subsistere illius fundamenta, recesserunt à Decisis.

1. Ratio namque decidendi, super qua innituntur præcedentes decisiones fundabatur super eo, quod cum ista beneficia ad formam constitutionum Synodaliū, & inveteratæ consuetudinis ibidem vigentis, tamquam patrimonialia, conferri non soleant, nisi illis, qui sunt filii patri-

moniales, vel oriundi naturales illius loci in quo beneficium vacavit, Dicebatur proinde, quod portio vacata in loco de Gradilla adjudicari non poterat, nisi Francisco, qui hujusmodi qualitatis pollebat, ut tradunt Covarr. *pract. qu. cap. 38. n. 3.* Hojed. *de incompat. p. 1. c. 24. n. 86.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gloss. 9. §. 1. sub n. 3.* Cassador. *dec. 18. num. 1. de Præben. cum aliis relat. in decis. R. P. D. mei Mui §. Stetit resolutioni.*

2. Tantò magis: quia eidem Francisco præjudicare non poterat contradictio facta ab Angelo, quia quamvis iste fuerit magis habilis renunciatus ab Examinatoribus, non erat tamen oriundus vel filius Patrimonialis loci, & quamvis ejus Avus, & Avia se contulerint ad habitandum in d. loco de Gradilla, quia tamen hæc habitatio fuit ex Causa temporanea, & accidentali scilicet ad effectum convivendi cum filio, qui ibidem beneficium obtinebat, dum bona, quæ habeant in eorum Patria de Sedano non reliquerunt, & in loco de Gradilla nihil acquisiverunt; Ex hac temporali cohabitatione subdebatur in eisdem Decisionibus, quod nullum contrahere voluerunt domicilium ad effectum acquirendi Patrimonialitatem loci, ut observant Grat. *c. 181. n. 4. cum seq. Card. de Luca de success. disc. 20. n. 6. & in puncto Rot. cor. Alexandr. VIII. decis. 89. n. 9.*

3. Hæc autem fundamenta collabescere visa sunt ex novis facti circumstantiis in præteritum non adductis; Non controvertebatur enim inter partes mora, & cohabitatio Joannis Avi, & Avia Angeli oppositoris in loco de Gradilla, solum dicebatur quod illa fuisset ex Causa temporali, & momentanea, sed hoc non subsistit, quia animus ibidem acquirendi Domicilium, & incolatum clarè probatus remanet ex actibus per Testes recensitis. Prædictus namque Joannes quando se contulit ad locum de Gradilla, & ibidem moram traxit per duodecim, & ultra annos, usque ad ejus obitum, non solum reliquit habitationem, quam habebat in loco de Sedano, sed totum familiam traduxit ad locum de Gradilla; Rursus tanquam Incola, & originarius dicti loci sustinuit onera personalia fuitque etiam in publi-

publicis consiliis admissus, uti unus de Universitate, & demum quod magis est in eodem loco construxit Capellam, eo defuncto, ibidem sepultus est; Isti enim actus, qui consistunt in facto positivo, non fuissent ab eo patrati, nisi habuisset animum fixum ibidem Incolatum contrahendi quando ad istum effectum sufficit sola cohabitatio decennalis absque alia animi declaratione, ut notat Roland. *conf. 79. n. 51. & seq. l. 3. Surd. conf. 371. n. 47. Ad den. ad Greg. dec. 279. n. 27. Rot. cor. Comit. dec. 120. n. 3. & 4. & dec. 165. n. 3. & in recent. dec. 137. num. 5. p. 5. & dec. 172. n. 8. p. 8. & in Romana 4. dotalis 28. Junii 1694. §. ad cognoscendum coram me.*

Istique actus à Joanne emissi eò magis prævalere debent, quia in eorum equalem emanavit publica vox, & fama in loco de Gradilla, in quo ab omnibus communiter reputabatur tamquam originarius & Domiciliarius d. loci, ex quo bene arguitur, quod talis fama communiter apud omnes de loco non invaluisse, nisi ab ipso Jo: tam implicitè, quàm explicitè fuisset declaratus ejus animus ibidem permanendi, ut de se patet.

4. Sed omnis difficultas cessare visa est, ex eo quod Jo: verè natus est in loco de Gradilla, & quamvis occasione Matrimonii quod contraxit in loco de Sedano ibidem permanerit, ibidemque etiam cum sua uxore quinque filias procreavit, per talem tamen permanentiam nullo modo dici potest, quod voluerit deserere domicilium Originis, quod est immutabile, & in Jure non repugnet eodem tempore illum retinuisse duplex Domicilium; unum scilicet originis, & aliud habitationis ad Text. in l. ejus §. fin. & l. Assumpto ff. de Municip. Mascard. de probat. concl. 535. n. 5. Rot. cor. Comit. d. dec. 120. n. 8. Buratt. dec. 804. n. 4. Duran. dec. 31. n. 12. & seq. & in rec. dec. 172. n. 11. p. 8.

5. Sed quatenus etiam dubitari possit, quod translato per Jo: domicilio in loco de Sedano, ibique permanendo cum sua uxore, voluisset deserere Domicilium Originis, certum tamen est, quod si postea rediit ad locum primæ Originis, cum tota sua familia, exindè desumi debet animus illud voluisse de novo reassumere, ut

in fortioribus terminis dictum fuit in Romana Testamenti 23. Martii præteriti coram me.

6. Nec dicatur, quod hæc omnia, quæ adducuntur per Angelum ad probandam originem, & Incolatum Jo: in loco de Gradilla non probant, neque concludunt Identitatem personæ; Isti namque actus verificantur de Jo: Rodriquez, qui est longè diversus à Jo: Rodriquez, de Villalobos, qui est Avus Angeli oppositoris? Nam pro responsione hujus objecti advertebatur, quod cum in Hispania retineri soleant plura cognomina, identitas dicitur concludenter probata per specificacionem unius cognominis, nisi in contrarium concludenter probetur personarum pluralitas, ut tradunt Jo: de And. *conf. 17. n. 10. Rota dec. 56. n. 5. p. 4. divers. & dec. 614. n. 14. part. 4. tom. 2. rec. & cor. Coccin. dec. 1591. num. 17.*

7. Et demùm DD. eò facilius inclinaverunt pro recessu à decisio, quia Franciscus licet esset Patrimonialis, & originarius loci de Gradilla, non erat tamen Clericus, namque de tempore vacationis neque oppositionis, neque etiam factæ collationis, ideoque frustra se opponit ex causa vicinitatis, cum cæteroque esset incapax beneficium assequendi ad Textum in cap. si eo tempore de rescript. in 6. Garz. de Benef. p. 7. c. 1. n. 39. & c. 4. n. 85. cum seq. & Rot. cor. Zarat. dec. 111. n. 1. & seqq.

Nec obstat, quod in Diœcesi Burger. non impediatur Laicus ad beneficia concurrere, dummodò deinceps ad ordines promoveatur; Etenim ex Constitutione Synodali relata in informatione Angeli habetur, quod Patrimoniales admittuntur, licet non sint ordinati, dummodò tamen ad ordines ascendant intra terminos oppositionis; undè cum Franciscus neutro ex dd. Temporibus extiterit ordinatus, juvari non valet beneficio Constitutionis Synodalis, præsertim quia pro ejus parte non fuit petita dimissoria, neque prorogatio concursus ante oppositionem, ut ad rem observat Garz. d. c. 4. n. 87.

8. Data ex his incapacitate Francisci, etiam si pro parte Angeli non fuisset rigorosè probata illius vicinitas, erat facienda quæcumque favorabilis interpretatio, vel

in defectum Patrimonialium poterat admitti, quamvis extraneus, ut tradunt Lara de Cappell. l. 2. cap. 9. num. 54. & seq. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 17. & Rota cor. Duran. dec. 79. §. fin. & malè Franciscus provocavit ab irrationabili iudicio Episcopi.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana, seu Senen. Dotium.

Veneris 22. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Qui veniant sub nomine Civium, discutitur.

SUMMARIUM.

1. Legatum relictum Senensibus, debetur tantum natis in Civitate, suburbiis, vicis, & districtu.
2. Testator vocando ad legatum Cives, præsumitur intellexisse de natis, in communi Patria.
3. Testator vocans ad legatum habitantes in Civitate, censetur exclusisse districtuales.
4. Civitatis nomine venit etiam Diocesis.
5. Nomen Senensis, & de Senis idem importat.
Nomen Senensis prolatum à Cive Senensi, non includit Provinciales, ibid.
Ex vocatione activa non inferitur ad passivam, ibi.
6. Nomine Senensis seu Januensis, non veniunt hi qui sunt de Natione.
7. Filius sequitur originem Patris.
8. Cives per modum fictum, & impropiè, qui dicantur.
9. Observantia, quæ adversatur voluntati Testatoris, non attenditur.
Observantia in concursu attenditur illa, quæ est proxima, & subsequuta fuit obitum Testatoris, ibi.
Observantia eliditur per unicum actum contrarium, ibi.
Legatarius, qui neglexit jus suum, non præjudicat futuris venientibus ex persona propria, ibi.

DECISIO XLIX.

Laurentius de Rubeis Civitatis Senarum, instituta universali Hærede Ven. Societate S. Catharinæ in Urbe existente, illam gravavit onere distribuendi quolibet anno nonnullas Dotes Puellis -- Di Padre, e Madre Senesi -- Præsentibus Puellis natis ex universo Statu Senarum æqualiter concurrere ad hæc subsidia dotalia cum Puellis natis in Civitate, emanavit de anno 1700. cor. A. C. sententia favorabilis Puellis Civitatis, revocatoria alterius R. P. D. Cusani, à qua devoluta Causa ad nostrum Tribunal, datoque Dubio, An, & de cujus bona jure constet, eoque non semel, sed iterum, ac tertia vice proposito, numquam tamen ob suffragiorum discrepantiam resoluta, in hac quarta repositione, omnibus DD. de Sac. Rotæ mandato suffragantibus, responsum fuit: *Constare de bono jure Puellarum Civitatis, & Districtus.*

1. Evidens resolutionis fundamentum fuit, quia dum Laurentius Testator ordinavit, Dotes fore distribuendas Puellis -- Di Padre, e di Madre Senesi sub nomine Senensis comprehenditur natus tantum in Civitate, Suburbis, Vicis, & Districtu, ad Text. in l. qui ex vico 30. ff. ad municip. l. qui in continentibus 147. ff. de verb. signif. & dixit Rot. dec. 188. n. 3. & decif. 327. n. 12. par. 17. & dec. 9. num. 1. & dec. 429. n. 21. par. 18. rec. & in terminis similis dispositionis Lara de Anniv. c. 21. n. 84. ubi de legato factò Puellis Toletan. Gratian. dec. March. 96. n. 1. & seqq. ubi de legato pro maritandis Puellis Fanensibus Ventrigl. prax. for. Eccles. 10. 2. annot. 28. n. 12. in fin. ubi de legato factò pro maritandis Puellis pauperibus Capuæ, Capon. discept. 115. tom. 2. Moron. resp. 4. n. 1. & 60. Rot. dec. 22. n. 2. & 21. cor. Zarat.

2. Maxime id ipsum convincentibus pluribus facti circumstantiis, & primo quidem valde urget, quod Testator erat Senensis, & uti Nobilis ejusdem Civitatis nuncupatur in testamento, unde magna est præsumptio, quod de Concivibus, & de natis in communi Patria intellexerint, ut in fortioribus, pluribus alle-

allegatis, arguit Rota *dec. 352. & dec. 378.* utrobique nu. 1. cor. *Peuting. & dec. 1. num. final. cor. Priol. & dec. 22. nu. 3. & 4. cor. Zarat. & dec. 201. n. 1. & coram Celfo, & in Ariminen. Legati 2. Martii 1693. §. Secundo elicitur coram Reverendiss. Turonen. confirmata 5. Maii 1694. §. Placuit coram Me, & in Cusentina Cappellanæ 2. Februar. 1703. §. Si autem, & seqq. cor. R. P. D. meo Scotto.*

3. Secundò, quia Testator habilitando Puellas Nobiles Senenses ad istas dotes etiam non habitarent Romæ, sic ait, *Voglio, che ogni anno due Zitelle, le quali siano di Padre, e Madre Senese Nobili, etiam che habitassero in Siena, possino havere questo sussidio*, Summar. Puellarum Provinciæ num. 1. Hinc enim duo fortissima promanant argumenta Provinciales excludentia; unum nempe, quod si unquam Senensis dici posset natus in Provincia, nunquam tamen natus in Provincia valeret dici Nobilis Senensis; alterum verò, quod dum de Nobilibus tantum Senis existentibus loquutus fuit, eisque provisionem adhibuit, alias præter Civitatem, & districtum vocasse censendum non est, de quibus nulla adest mentio, nec provisio, ad *Text. in l. unica §. fin. autem ad deficientis C. de caduc. toll. Alex. in l. 3. in fine C. de liber. præter. Menoch. conf. 233. n. 8. Rota dec. 36. n. fin. par. 16. & dec. 620. n. 19. par. 19. tom. 2. rec.*

4. Hinc non urget, quod verbum, seu nomen *Senen.* latius pareat, quam verbum *de Senis*, sicque comprehendere debeat etiam Provinciales, juxta doctrinam *Pacis Jord. lib. 10. tit. 25. n. 16.* relati per *Murg. de benefic. fol. 475.* maxime quia agitur de testamento condito in Urbe, non Senis, cum in exteris Regionibus *Senen.* etiam appellari assuescant illi de lata Provincia, & rursus, quia relictum fuit Societati S. Catharinæ Senarum, quæ indefinitè constat tam ex verè Senensibus, quàm ex aliis Provincialibus.

5. Siquidem verbum *Senen.* ad summum capere posset *Diæcesanos*, in quibus terminis loquuntur *Pax Jordan. & Murg. ne utiquam autem Provinciales*, licet idem importet *Senensis*, & de Senis, ut inquit *Bart. in l. si possessor. §. ait Monacelli Form. Pars II.*

Senatus ff. de petit. hered. ubi quo idem est *Perusinus*, ac de *Perusio*, quem sequitur *Dec. conf. 550. n. 6. 7. & 8.* & pro synonymis habuit idem *Laurentius* in aliis partibus testamenti ex supra notatis; Quod autem testamentum fuerit conditum in Urbe, & in longinquis Regionibus *Senenses* appellentur illicitam, qui sunt de Provincia, nihil refert, tum quia id forsitan urgeret, si nomen *Senen.* fuisset prolatum ab extero, non autem à Cive *Senensi*, qualis erat *Laurentius*, in quo cadere non potest ista confusio, tum etiam quia ejus dispositio erat executioni demandanda per *Officiales Societatis benè calentes Locorum, & Civitatum distinctionem, & diversitatem*, cum in *Cathalogo Confratrum omnes describantur cum distinctione propriæ Patriæ, & Civitatis, & in distributione consimilis legati relictæ ab Hectore Quercia Senense, qui voluit dotari Virgines-Che siano di Padre, e Madre Senese, ò almeno d' un di loro, servent ordinem illas distribuendi natis in Civitate Senen. & in earum defectu aliis de Districtu, juxta dispositionem ejusdem Testatoris, & confert etiam Statutum signis Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ Urbis super dotibus ab alio Senense relictis per tre Zitelle Senesi disponens earum distributionem fieri favore Puellarum de Civitate: & in solo casu earum in existentia favore aliarum de Comitatu, & Dominio, ex quibus benè colligitur, quod etiam Romæ verbum *Senen.* five prolatum à Senensibus, five ab aliis, accipitur pro illis de Civitate, maxime in subiecta materia, ubi agitur de dispositione facta à Cive *Senense* favore Puellarum *Senensium*. Quod verò relictum factum fuerit Societati S. Catharinæ *Senarum* compositæ tam ex verè *Senensibus*, quam ex aliis Provincialibus, hoc non excludit certas qualitates, ac leges passim apponi solitas in hisce piis dispositionibus, & relictis, & ex vocatione activa non infertur ad passivam, ut in specie respondit Rota in *alleg. dec. 22. n. 27. & 28. coram Zarate.**

6. Non obstat, quod ex Statuto Societatis habeantur pro *Senensibus* omnes nati in Statu *Senarum*; quia Statutum

tantum dicit, quod sub nomine Nationis Senensis habeantur omnes nati in locis subditis dominio Senensi; valde autem diverfum est dicere Senensis, ac de Natione Senensi: Nam non omnis, qui est de Natione Senensi, est perneceffe Senensis, sicut non omnis, qui est de Natione, seu Statu Mediolani, vel Januensi, est necessario Mediolanensis, vel Januensis, cum possit esse Cremonensis, Comensis, Sarzanensis, vel de alia Civitate.

7. Eiusdem ponderis est animadversio quod Testator postremo loco invitaverit Puellas natas ex matre Senensi; que non possunt dici Senenses, cum filius sequatur originem patris, & non matris: Nam Testator verbum *Senen.* non direxit ad Puellas, sed ad parentes earumdem, & ideo stat bene simul, quod filia non sit Senensis, & nihilominus sit capax subsidii, tamquam nata ex matre Senensi.

8. Minus obstant decreta ab Officialibus Confraternitatis edita de annis 1645. 1646. & 1650. quibus mandarunt, quod ad assequendas has dotes haberentur pro Senensibus omnes de Provincia; Quoniam causa, qua moti fuerunt ad ita discernendum ibi--*Affinche venga maggiormente frequentato l' Oratorio, & in occasione del presente Anno Santo possa la nostra Compagnia maggiormente havere da Fratelli quell' ajuto, che potranno*, manifestum reddit. huiusmodi decreta fuisse facta ratione proprii interesse, & ad allciendos Provinciales, & ad frequentationem Sodalitatis, quos non esse veros Senenses ipsimet agnoverunt, dum in utroque priori decreto usi sunt verbis *s'intendino per Senesi*, & in ultimo decreto *si fa intendere, che si ammetteranno per Senesi*, que sonat in modum fictum, & improprie, ut ait Bart. in *l. is, qui pro emptore ff. de usu cap.* Tiraquell. *de jur. marit. gloss. 7. n. 174.* Menoch. *de presump. lib. 4. pres. 35. n. 9.* Lopez. *de legat. & fideicom. disert. 10. n. 3.* non attentis verbis in ultimo decreto *supereditis*, ibi--*Si come effettivamente sono tali*, cum sint affectate, & apparenter apposita, & ad obtegendam, & colorandam decretorum insubstantiam, ut ex Text. in *l. filie mee, & ibi gloss. ff. de solut. matrim. & in §. Optime in verb. aliam*

causam, Auth. de nupt. & aliis allegatis dixit Rota dec. 406. n. 29. il 1. par. 9. rec.

9. Denique non officit observantia; quoniam à principio, hoc est ab obitu Testatoris sequuto de anno 1639. usque ad 1645. ista assistit Puellis de Civitate, & licet ex post irrepleverit contraria observantia, hæc nullatenus venit attendenda; tum quia originem duxit à prænotatis decretis profus insubstantibus, & adversantibus voluntati Testatoris, & in concursu semper attendi debet observantia, quæ est proxima, & subsequuta fuit obitum Testatoris Rota *coram Otthob. dec. 26. nu. 14. & seqq. & in rec. dec. 352. nu. 13. par. 19. & in consimili electione Rota dec. 201. n. 4. & seqq. coram Celso*: Tum etiam quia sublata remanet ex actu gesto de anno 1635. in quo ad formam testamentariae dispositionis exclusæ fuerunt Puellæ de Provincia in concursu Senensium, ut in *presenti Summar. Civitatis n. 5.* qui actus licet unicus sufficit ad elidendam quamcunque prætentam observantiam, Rota *dec. 188. & dec. 327. n. 27. & dec. 372. n. 72. par. 17. & dec. 815. n. 2. par. 18. & dec. 223. n. 13. par. 19. rec.* tum etiam quia puellæ Senenses, quæ in antea actis annis jus suum neglexerunt, non potuerunt præjudicare modernis, & futuris venientibus ex persona propria tamquam à Testatore vocatæ, ut proximis terminis firmavit Rota *dec. 677. n. 6. coram Cervo, & in Cusentina Cappellania 12. Februarii currentis anni §. finali coram R. P. D. meo Scotto.*

Et ita Partibus informantibus fuit resolutum.

EADEM CORAM EODEM.

Lunæ 7. Januarii 1704.

SUMMARIUM.

- 1 Sub nomine Districtus venunt Civitas, & suburbia, non autem alia loca, quæ Judicibus particularibus reguntur.

DE.

DECISIO L.

IN hac causa sub die 22. Junii Superioris anni firmatum fuit constare de bono jure Puellarum Civitatis, & districtus. Cum autem in sequelam decisionis à me desuper extensæ peteretur in hodierna Rota memorialium expeditio Causæ, Domini annuentes petitioni, mihi dederunt in mandatis, ut per hanc brevem Decisionem declararem, quod sub nomine districtus intellexerunt non venire, nisi Civitatem, & suburbia, non autem alias Civitates, quæ suis Judicibus particularibus reguntur.

Et ita partibus auditis, &c.

R. P. D. P R I O L O .

Barchinonen. Statuti .

Lunæ 10. Martii 1703.

A R G U M E N T U M .

Statutum conditum à Capitulo auctoritate Episcopi obligat ad observantiam, & ad pœnam, præsertim si tendat in augmentum Divini Cultus.

S U M M A R I U M .

- 1 *Capitulum cum auctoritate Episcopi condit Statuta in his, quæ respiciunt statum, & administrationem Ecclesiæ.*
- 2 *Capitulum condendo Statutum cum auctoritate Episcopi potest adicere pœnam etiam, quoad distributiones quotidianas, & num. 3.*
- 4 *Statutum legitima auctoritate conditum, potest unum gravare, & alium eximere.*
- 5 *Statutum, quod redolet pietatem longo tempore observatum, non potest gravari ab eo recedere, attenda maxime modicitate pœnæ, & num. 6.*

DECISIO LI.

STatuit Episcopus una cum Capitulo, ut Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis af-

fociarent in sufficienti numero infimul cum uno Hebdomadario funera Pauperum Peregrinorum, aut Viatorum, & Mercenariorum, aliarumque Personarum, quarum cadavera de jure debuissent in eadem Ecclesia tumulari. Cumque ad formam hujus Statuti subsecuta fuisset illius observantia, quia tamen post diuturnum lapsum temporis nonnulli Beneficiati eam intervertere voluerunt, exarsit proinde controversia inter Beneficiatos, & Capitulum super executione Statuti, istaque in Rota introducta, occasionem dedit disputationi Dubii. *An Statutum sustineretur, & Causa proposita sub die 3. Martii 1636. coram bo. me Verospio emanavit affirmativa resolutio, & in ejus sequelam promulgata quoque fuit sententia Rotalis.*

Quamvis Beneficiati appellaverint ab hac sententia, quia tamen appellationem deferendo Causam profecuti non sunt, Capitulum obtinuit à me subscribi Dubium. *An constaret de re judicata, seu potius de Causis restitutiones in integrum, & ipso tantum informante responsum fuit constare de re Judicata.*

Ratio resolutionis desumpta fuit ex fundamentis, quæ ab utraque parte deducta fuerunt in precedenti Decisione *coram bon. mem. Verospio impressa in recent. la 107. part. 7.* Statutum quippe apparuit dignum confirmatione: quia probari visa est illius Justitia considerata tam auctoritate, & potestate Statuentium, quam etiam sine ipsismet Statuti; juxta ea quæ ponderant *Canonistæ in cap. erit autem 4. distincti. cum aliis relat. in dicta dec. 107. n. 1. part. 7.*

1. Quatenus enim pertinet ad potestatem Statuentium DD. hodiè etiam considerabant, quod Statutum apparet conditum ab Episcopo unà cum Capitulo. Cumque in his, quæ respiciunt Statutum, & Universalem administrationem Ecclesiæ plenam habeant libertatem, dubitari non potest, quin ab illis potuerit ritè, & rectè condit quando juxta ejus dispositionem magis adauget Dei Cultum, & majorem conciliat Populi ædificationem, ut ex *Felin. in cap. cum omnes num. 9. de constitut. & Abb. in cap. cum accessissent num. 4. eodem tit. tenuit Rota coram Seraphin. decis. 538. num. 1.*

K k 4 & de

Et dec. 1447. n. 2. Et in recentior. dec. 255. n. 1. par. 2. & comprobat dicta decisio 107. n. 3. cum aliis sequentibus par. 7.

2. Nec talis potestas celsa re visa est ex eo quod in eodem Statuto inflicta fuerit pœna contra eos, qui illius dispositioni parere recusaverint, cum attentata Censura juris, & consuetudine vigente in Ecclesia comprobata etiam ex quibusdam sententiis Rotalibus prolatis à Reomano Deza, & oradino, ac in iudicatum transactis, Capitulum facere non possit similia Statuta pœnalia; procedendo enim cum responsione data in dicta dec. 106. num. 6. cum seqq. par. 7. rec. dicebatur, quod obiectum urgere potuisset, si Statutum factum fuisset à solo Capitulo, sed quando in illius confectione intervenit Episcopus, simul cum Capitulo, quia tunc Statutum accipit robur à Jurisdictione Episcopi ab illius auctoritate, quæ habet substantialiter annexam vim coactivam profluere quod dicitur pœna eadem Statuto inflicta, ut explicando Innoc. tradunt Bald. in cap. Cum omnes n. 47. de constitut. ibique Joan. Andr. n. 11. & Andr. n. 19. & Hostien. in cap. cum accessisset n. 9. eodem tit. & firmat dicta decisio 107. n. 7. cum seqq. par. 7. rec.

3. Citrà quod dici possit Statutum fuisse exorbitans, & ex eo quod disponendo distributionibus Beneficiariorum, quæ illis debentur ex lege, foundationis pro celebrandis Divinis Officiis, videtur quodammodo de re aliena disposuisse, nam prætermissa antiqua Constitutione condita usque de Anno 1229. auctoritate Legati Apostolici, & subindè confirmata de Anno 1230. à Gregorio Nono, in qua concedebatur Capitulo facultas, ut posset Beneficiatos compellere ad servitium Ecclesiæ per subtractionem portionis quotidianæ, juxtà modum ab Episcopo præscribendum, dicebatur tamen quod cum hæc potestas tota resideat in Episcopo, poruit iste, juxtà nativam ejus auctoritatem, Beneficiatos aliosque Clericos Ecclesiæ pœna privationis multare, etiam quoad distributiones quotidianas, quando talis pœna privationis tendit prout hic in augmentum Cultus Divini, & non cedit commodo Statuentium, ut notatur

in cap. unico §. Statuimus de Cler. non resdend. in 6. & firmat Bott. de Synod. par. 3. artic. 1. conclus. 13. n. 146. Monet. de distribut. part. 1. quæst. 10. num. 15. & comprobat dicta decis. 107. nu. 11. & 12. par. 7. rec.

4. Quatenus verò pertinet ad finem Statuti hodie etiam considerata fuit illius Justitia, cum enim actus qui ibidem præcipitur contineat eximium opus misericordiæ non possunt Beneficiati ab illius implemento se retrahere, nec denegando associationem Cadaverum demandatam à Superiore habent auctoritatem, videantur de directo opponere se voluisse non minus præcepto Superioris, quam ipsius Ecclesiæ, hoc opus misericordiæ enixè commendantis, & quamvis Statutum comprehendat solos Beneficiatos nulla facta mentione de Canonicis aliisque Clericis Ecclesiæ non exindè sequitur, quod illius dispositio reddatur minus legitima, nam ad hunc effectum satis esse solet quæcumque rationabilis causa, ex qua statuentes moti fuerint ad faciendam Constitutionem, ut illa servari debeat etiam si tendat in aliorum præjudicium, & in consequentiam cedat etiam in aliorum commodum, ut ex Jas. in l. omnes Populi n. 13. ff. de Just. & jur. & Rota coram Seraphin. dec. 707. n. 8. firmat dict. dec. 107. n. 15. & seqq. par. 7. rec.

5. Et tanto magis præmissa urgere visa sunt, quia ipsimet Beneficiati agnoverunt Justitiam hujus Statuti, nam post securam illius publicationem ipsi non solum non appellarunt à tali Constitutione, sed ex testibus tunc datis apparet cum eadem Constitutione se uniformasse per spatium 30. & ultra annorum, & propterea cum tam pium opus per adeò longum tempus ita laudabiliter exercuerint, stante hac pacifica observantia, non possunt amplius à tali statuto recedere, ut ex Text. in c. Apostolicam de Simon. cum aliis pluribus observat d. dec. 107. n. 25. cum seqq. part. 7. rec.

6. Et Domini eo libentius in hanc sententiam iverunt, quia Beneficiati compellebantur ad exercitium hujus pii operis sub pœna moderatæ subtractionis Distributionum, quæ ex dispositio-

ne ejusdem Statuti converti debebant in mercedem aliorum Clericorum, quos Capitulum conducere cogebatur loco Beneficiatorum, qui iis funeribus interesse recusabant. Cumque stante modicitate pœnæ summopere eluceret moderatio, & lenitas ipsius Statuti & modò non agatur, de quantitate multæ, quæ erit examinanda in suis casibus particularibus, prout dictum fuit in Barchinonen. *Jurisdictionis* 10. Decemb. 1692. coram bon. me. Vrsino, & in Barchinonen. pœnæ 13. Julii 1695. coram R. P. D. meo Muto, ut videre est in dd. Decisionibus, & sententiis per eos prolatis, ac innuit etiam ipsum Statutum, in quo demandatur moderata distributionum subtractio pro modo culpæ, & contumaciæ, cum hoc temperamento examinando, juxtà contingentis facti circumstantias censuerunt Domini constare de re judicata.

Et ita unica &c.

ADDITIO.

I Dixi in annot. ad Form. 13. tit. 12. num. 1. emancipationem filiorum familias, fieri posse coram quocumque Judice Ordinario. Nunc addo, quod hæc propositio vera est, & ampliatur etiam in Clerico, qui coram Judice Laico poterit à Patre validè emancipari: nam cum iste actus sit Patris, & non Filii, ideò Judex Laicus competens reputatur, ut pluribus aliis rationibus adductis probat Bellamer. dec. 734. per tot. quem sequitur Ricc. collect. 2493. vers. 3.

2. Item in annot. ad Form. 2. tit. 13. n. 44. quod legata missarum (quia respiciunt favorem animæ) non dicantur temporanea, licet fuerint relicta, & hæres gravatus sit, per verba, seu dictiones, *meus, ipse, infrascriptus, &c.* sed censeantur perpetua, quoties contraria voluntas Testatoris expressa, vel aliæ efficaciores conjecturæ ejusdem voluntatis non obstant. Hinc addo, quod post hæc scripta, & impressa, præter Decreta ibi allegata ita iterum censuit Sac. Congreg. Concilii in *Æsina Legatorum* 21. Augusti 1706.

Monacelli Form. Pars II.

3. Item in annot. ad Form. 1. tit. 14. n. 10. quod coloni exemptorum pro portione Colonica tenentur solvere Decimus: hic pro declaratione addo, quod si privilegium non tantum exemptorum personas, sed & prædia, seu terras eximeret ab onere Decimarum, tunc etiam Coloni dicto privilegio gaudebunt, quia privilegium esset reale, seu rei concessum Graff. *decis. aur. part. 2. lib. 2. c. 27. num. 61. & 62.*

4. Item *ibid. n. 14.* quod portio canonica, seu quarta funeralis, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, solvi debeat etiam à Regularibus, qui non sunt specialiter privilegiati, juxtà consuetudinem loci. Nunc addo quod funeralia ex quibus Parocho ista quarta debetur, non sunt tantum ea, quæ cum funere deferuntur; sed etiam alia, quæ intuitu, & ratione Sepulturæ, seu quæ gratia sepulturæ recepta sunt ab Ecclesia in qua defunctus extra Parochiam fuit sepultus: Undè intorticia, & faculæ, quæ exponuntur, & accenduntur in Ecclesia, seu super Altare ante, vel post Officium funeris, præsentem corpore, & antequam illud sepulturæ tradatur, dicuntur pars funeralium, & de illis debetur Parocho quarta, dummodò contraria loci consuetudo non obstat: ut communiter tradunt Ricc. *prax. rer. for. Eccles. resol. 581. n. 5. & 6. tom. 1. Nicol. lucubr. civil. lib. 4. tit. 15. num. 26. ampliat. 4.* ubi plura Decreta tum Sac. Congr. Episcop. & Regular. tum Concilii allegat Passerin. *de stat. hom. to. 2. q. 187. art. 4. n. 491. Rota cor. Cerro decis. 931. n. 2.* Nam (quidquid sit sepulto corpore) donec defunctus sepeliatur, funus dicitur durare, ideoque ceræ prædictæ ad illius exequias spectare noscuntur.

5. Item in annot. ad Formul. 4. tit. 15. num. 16. quod Clericus filius familias possit testari etiam si requisita Concil. *sess. 23. de reform. cap. 6.* non habeat, & quod in hoc sit standum Decretis Sacrarum Congregat. Immunitatis, & concilii ibi allegatis, non autem contrariæ opinioni Rotæ, quæ in *decis. 304. & 392. part. 17. rec.* tenuit, quod Clericus in minoribus hoc privilegio non gaudeat, nisi habeat requisita Concilii, quam amplectitur Card. de Luc. *de regular. disc. 62. num. 9.* Nunc autem addo, quod Rota redeundo ad primò

K k 5 de

decisa recessit, (& rectè) ab ista opinione in dec. 297. n. 4. par. 18. tom. 1. recent. ubi firmat, quod in hoc articulo sit sequenda sententia Sac. Congregat. Concilii, quam refert, & sequitur Pignatell. consultat. 7. num. 82. & seqq. tom. 3. & ipse sequor.

6. Item *ibidem* num. 18. quod Clericus reassumens habitum in fraudem iudicii contra eum cepti coram Iudice laico non impedit, quin idem Iudex non possit quoad bona contra ipsum agere. Nunc addo, quod nuper idem iterum declaravit Sac. Congr. Immunitatis, in Eugubina, ad quintum cujus causæ resolutiones, cum per modum legis generalis emanaverint, & plures alii casus dictæ conclusioni proximi decidantur, hic dantur subnexæ.

EUGUBINA. Sac. Congreg. super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus, ad consulendum controversiis, quæ sæpè sæpius oriuntur in admissione Clericorum, & etiam Laicorum privilegiatorum ad Consilia Communitatum, nec non ad exercitium munerum publicorum decrevit.

7. Primò, Quod privilegiati gaudentes privilegio fori Ecclesiastici, & petentes admitti inter Consiliarios, admittantur, ita tamen, ut quoad pertinentia ad Conciliarium tantum non gaudeant privilegio fori Ecclesiastici.

8. Secundò, Quod privilegiati prædicti jam admissi inter Consiliarios reventes intervenire Consiliis, quatenus non fuerint legitime impediti, subiiciantur eisdem mulctis pecuniariis, quibus subjacent alii Laici non privilegiati, & easdem mulctas exequi possit Iudex Laicus, dummodo ipsi privilegiati actu non renuncient absque spe reintegrations in perpetuum loco, quem habent in Consilio, ita ut amplius non possint admitti.

9. Tertio, Quod idem privilegiati habentes locum in Consilio possint etiam reventes cogi a Superiore Laico suscipere munera Camerarii, Depositarii, Grascarii, Abundantarii, & similia Officia Communitativa eadem forma, & pœna, quibus

cogi possunt laici non privilegiati, dummodo ipsi privilegiati actu non renuncient in perpetuum absque spe reintegrations loco, quem habent in Consilio, ita tamen, ut amplius non possint admitti.

10. Quarto, quod idem privilegiati suscipientes præfata munera, non gaudeant Privilegio fori, quoad pertinentia tantum ad præfata munera ab ipsis suscepta, & contra eosdem procedi possit in omnibus casibus, etiam expleto Officio.

11. Quintò, Quod Clerici Conjugati, qui sunt de numero Consiliariorum, non incidentes notoriè in habitum, & Tonsuram, quatenus remuant intercedente Consilio, vel suscipere munera Camerarii, Depositarii, Grascarii, abundantarii, & similia Officia Communitativa, possint multari per Superiorem Laicum eisdem mulctis pecuniariis, quibus sunt subiecti alii Laici; Et in casu quo idem Clerici Conjugati postquam venierint, reassumpserint habitum, talis reassumptio nihil eisdem suffragetur pro evitanda præfata mulcta.

12. Sextò, Quoad alios Clericos, tam Celibes, quam Conjugatos, habentes requisita c. unic. de Cleric. conjug. in 6. etiam admissos inter Consiliarios, si legitime non impediti, reventerint interesse Consiliis, Episcopi, aliique Superiores Ecclesiastici, procedant ad omnem requisitionem etiam extrajudicalem Superioris Laici, vel Magistratus contra eosdem ad mulctas pecuniarias ab ipsis arbitrandas, dummodo non sint minores illis, quibus subiecti sunt Consiliarii Seculares, & pœna applicentur locis Pœn.

13. Episcopi procedant similiter contra eosdem Clericos casu quo deliquerint in materiis pertinentibus ad Consilium.

Romæ hac die 27. Julii 1706.

G. Card. Carpineus.

P. Marefusus Secretarius.